



Universitätsbibliothek Paderborn

Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westfaliam Antistitum, Tum Res Gestas Aliorum In Eadem Hac Regione Clarorum Virorum, Postremo Pontificum, Imperatorum, Principum &c. Gesta, maxime ea, quae Westfaliam contingunt

[772 - 1227]

Schaten, Nicolas

Nevhsii, 1693

Liber III. [860 - 935]

urn:nbn:de:hbz:466:1-7760

ANNALIUM
PADERBORNENSIIUM
LIBER III.

B. LUTHARDVS

III,

B I S O

IV,



Luthardus
ex nobili
saxone
rectus
Paderb.
Episcop.
fuit.

THEODORICUS

V,

IN VV AN V S

VI,

EPISC. PADERBORN.

B. L. U.

e perfecta
collegium
natio stu.
In quam
adovicum
ationibus
ne tum illo
or, aut gra.
aluit apud
agno dice.
gotijs per.
nia habe.
orbeicnsi,
ocinijs can.
llia in eam
memoran.
ex Franco.
annium or.
estia, zelus
nes, quibus
mprobavit.
m aperiret,
tegræ sunt
ontraxerit;
Sepultus
erat, in qua
scopo

ANNA

B. LUTHARDVS

III,

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 860. &c.

Nicolai Pont. 3.

Ludovici II Imp. 5. &c.

Ludovici German. Regis 20. &c.

Luthardi Ep. Pad. 1. &c.

Luthardus
ex nobili
Saxone
tertius
Paderb.
Episco-
pus.



Sublato è vita mortalium Badurado successit Luthardus Episcopus. Nomen scriptores aliquantulum variant: ab alijs enim Lindevardus, alijs Linwardus; in diplomatis Imperatorum passim Liuthardus, & Luitharius scribitur, tanquam in Lotharij nomen, quod multis cum Lothario Imperatore ac Rege commune erat, conveniret. Utrumne à Ludovico Germaniæ Rege nominatus impositusque, an à clero Paderbornensi sit electus, inter incerta reliquit vetustas. Liberam quidem eligendi potestatem Luthardo dedit Carolus Crassus Imperator, uti postea referemus; sed & ante Carolus M. aut certe Ludovicus pius eandem libertatem dedit Clero; quemadmodum hac super re certa lex extat in libris Capitularium. Et jam Hathumarus ac Baduradus ita Collegium Sacerdotum Paderbornæ formarat, ut & idoneis ad Episcopatum viris abundaret, & numero etiam certare posset; neque aliunde petere necesse esset, maxime cum multi per Saxoniam nobilium & dynastarum filij sese in hæc collegia sacerdotum offerrent, qui & optima in clero disciplina imbuti, & omni scientiarum doctrina exculsi, & publicis etiam munijs exerciti, clarisque dignitatum gradibus eminebant inter suos. Quo ex numero ipse Luthardus erat; nam genus illi ex illustri nobilitate Saxonie, quippe qui sororem habuit Walburgem primam Herisensium Abbatissam, quæcum, collatis in unum patri- monij bonis, sacrarum illud virginum monasterium condidit. Vixit in clero cum D. Menulpho ceterisque præstantibus viris in eodem Canoniorum catu & claustro Collegij.

Magna

Magna simu-
nis inter nobiles &
sterijs; accessit er-
Freckenhorstenfe-
opulentæ nobilitæ
Warendorpio atq;
pere approbante.
monasterij appara-
yam filiam prim-
num coetu, Ewe-
Fuldam in cæno-
virginum cætum
Utraq; tumulis à
nonicarum Virgi-
stophorus Bernar-
lit, Divorum nu-
hæc exactè perscri-

Alterum per-
burge nobili matr-
ctum dotatum qu-
am viri. Collecte
stitutum amplexæ
Egiberto Osnabr-
pus, Lubertus M-
æqualis tempore r-
ginum tabulis pr-

Ad hanc no-
Ludovicus Germa-
didit Tremonia, t-
vir Pantaleoni Mar-
ob bellorum inju-
sacram in suburbio
nasterium ejusden-
filium præpedijse-
D. Pusinnæ Virgin-
legium dicecesis n-
testatam fecit. Ac
Collegium illustri-
sanguinis Antistes,
beiam S. Viti cor-
tantoque Divorum
vum Franciæ Rege
Rege corpus D. P-

Magna simul sub id tempus per Westphaliam æmulatio religio-
 nis inter nobiles & antistites in fundandis Sanctimonialium mona-
 sterijs; accessit enim post Herivordienſe & Bodecenſe, Collegium
 Freckenhorſtenſe, conditum dotatumque ab Ewerwodo primæ &
 opulentæ nobilitatis viro in Episcopatu Monasterienſi haud procul
 Warendorpio atq; Amifi fluvio, pium hoc conditoris opus magno-
 pere approbante Luberto Episcopo. Postquam Locus in formam
 monasterij apparatus proviſusque fuit, in eoque Thiathildem adopti-
 vam filiam primam Abbatissam conſpexit cum floſcente virgi-
 num cœtu, Ewerwodus abdicata omnium bonorum possessione
 Fuldam in cœnobium conceſſit. Geva uxor ſubinde ſe in eundem
 virginum cœtum dedit, in quo ſanctiſſimam cum nepte vitam clauſit.
 Utraq; tumulis à poſteritate honorata hodie dum viſitur habitu Ca-
 nonicarum Virginum ſpectabilis; Thiatildis etiam, cujus oſſa Chri-
 ſtophorus Bernardus Episcopus noſtra memoria ſolemni ritu extu-
 lit, Divorum numero adſcripta, eoque Bollandus, à quo ſingula
 hæc exactè perſcripta ſunt, ſuis Sanctorum operibus incluſit.

Fundatur
 Monaste-
 rium Freck-
 enhor-
 ſtenſe.

MS. Colleg.
 Frecken.
 Bollandus
 Gammarus
 in Thiat-
 tild.

Alterum per id tempus monasterium Herſenbrocenſe à Wal-
 burge nobili matrona & filia ejus Duda ex paternis bonis conſtru-
 ctum dotatumque poſt obitum Eccardi nobiliſſimi per Westphali-
 am viri. Collecto virginum cœtu mater & filia idem ſacræ vitæ in-
 ſtitutum amplexæ ſunt. Locum, ut donationum tabulæ præferunt,
 Egiberto Oſnabrugeniſum Episcopo ſubjecerunt. Uterque Episco-
 pus, Lubertus Mimigarnefordenſis & Egibertus Oſnabrugeniſis,
 æqualis tempore mox ex concilio Wormaticenſi & Heriſenſium Vir-
 ginum tabulis producetur.

Et Her-
 ſenbro-
 cenſe.

Ad hanc nobilium pietatem & munificentiam accessit ipſe
 Ludovicus Germaniæ Rex, & illuſtre collegium Canonicorum con-
 didit Tremoniæ, templumque à ſe magnificè conſtructum dedica-
 vit Pantaleoni Martyri; id quod D. Anno Colonienſis Archiepiſcopus
 ob bellorum injurias poſtea Coloniam tranſtulit. Ædem præterea
 ſacram in ſuburbio Tremoniæ erexit D. Benedicto, certus iſtic mo-
 naſterium ejuſdem Divi familiæ condere, ni iniquiora tempora con-
 ſilium præpediſſent. At nihil illuſtrius hoc anno, quàm translatio
 D. Puſinnæ Virginis ex Gallia in Westphaliam & Herivordienſe Col-
 legium diceceſis noſtræ, quàm & Deus multis miraculorum ſignis
 reſtatam fecit. Adminiſtrabat per id tempus celebre Herivordienſe
 Collegium illuſtrium Sanctimonialium Virginum Hadwigis regij
 ſanguinis Antifites, quæ cùm videret Paderbornam D. Liborij, & Cor-
 betiam S. Viti corpore ex Gallijs in Saxoniam tranſvecto illuſtrari,
 tantoque Divorum patrocinio præmuniri; miſſo ad Carolum Cal-
 vum Franciæ Regem preſbytero, ac fratre ſuo, petijt à conſanguineo
 Rege corpus D. Puſinnæ Virginis; idque Regis gratia, incolis licet

Et Cano-
 nicorum
 collegium
 Tremo-
 niæ.
 Cletſorg. in
 Chron.
 Chron. &
 ſaliſ
 Tremon.
 apud Dith.
 & Weſthuf.
 Acta tranſl.
 S. Puſinnæ
 ex Herivord
 tabulario, &
 MS.
 Transla-
 tio S. Pu-
 ſinnæ ex
 Gallijs
 Herivor-
 diam.

multum reluctans, impetravit; quod mox solemniter & honorifico comitatu in Westphaliam transportatum est. Nec defuere celestium beneficiorum signa, incolis ad sacri pignoris transvectionem confluentibus; quos inter famulus Luberti Mimigarnefordiensis Episcopi, cum ad sacra lipsana venerabundus accederet, ope Virginis, qui ante cæcus, surdus, & claudus erat, repente omnium sensuum membrorumque integritati redditus est; quemadmodum hæc Henricus de Hervordia ordinis S. Dominici celebris olim scriptor retulit. Multa huiusmodi patrata, quæ aut temporum injuria, aut hominum incuria subtraxit. Ipsos virginis natales vitamque paucis hic referre interest.

D. Pufin-
næ nata-
les & edu-
catio.

Vixit D. Pufinna seculo Christi quinto, cum Barbari per Gallias grassarentur, & Alpinus Episcopus Catalauniensem Ecclesiam administraret, in Perticensi ejusdem diocesis pago. Pater Virginis Sigmartus nobilis Francus, cui conjux erat Luttrudis paris nobilitatis atque optime foemina, ex qua septem filias hoc ordine suscepit, Immam, Othildem, Luttrudem, Pufinam, Franculam, Liberam & Magenildem. Filias hæc parentes, quæ insigni erant in Deum religione, à primis statim annis domi in omni pietatis cultu formârunt per Eugenium quendam Presbyterum, virum ea tempestate Sanctissimum; ac nihil magis teneris earum animis inspirârunt, quàm amare Deum, castitatem diligere, & per contemptum rerum humanarum se domi tanquam in claustro aliquo continere. Una ergo omnium occupatio erat precibus, lectioni, meditationi; rerum celestium vacare: quod reliquum erat temporis puellari manuum opere tractare. Quæ ubi ad maturiorem ætatem pervenere, uno omnes divino spiritu afflatae votum perpetuæ castitatis animis concipiunt. Id cum parentibus exponerent, læti illi magnopere institutum vitæ commendant laudantque; ac ne inconsulte id agerent, Alpino Catalaunensi Episcopo, dum pro more diocesis docendo & Sacramentum confirmationis imperitendo obit, septem simul filias offerunt; quas ille, cognita earum voluntate & constantia, post emissum castitatis votum Deo consecravit. Inde in paternam domum regressus pater tanquam in Collegio Virginum habuit, ac moriens post hereditatem, quam habebat amplissimam, inter filias singulas ex æquo divisit. Castissimam exinde singularem, ab omni vanitatis consortio disclusam, sanctissimamque vitam egere; quas inter sanctitate conspectior Pufinna quarto genita: quemadmodum id ex omnium virtutum operibus, quas multis Auctor vitæ perscribit, constare poterit. Eò etiam miraculis post obitum ad se pulchrum ejus patris inclarescere coepit, novum devotarum Virginum sidus tanto illustrius, quanto etiam extra claustra monialium difficilior fuit mundi delicias non delibare. Quæ cum probe sciret Hadwigis, vitamque Pufinnæ intelligeret quam maxime accom-

D. Pufin-
nacum
reliquis
sororibus
Virginitatem
Deo
vovet, &
in domo
Paterna
Sanctè vi-
vit.
D. Had-
wigis An-
ist. Heri-
vord. San-
ctitas &
transla-
tio.

modam imitationem
ejus incenso deservit
sanctitate conspici
Divos à suis cultu
mulo, & veneranda
vordix hæresis
pit. Quæ in per
ossa collegit, & p
tatis Jesu dono
Longe hæc diver
no demum 1243
Ceterum non fa
ra Sanctorum pi
Herivordienſe C
asservantur etiam
monstrata Ferdin
bethæ palatinæ
Cunigundæ Imp
rationi ab Episcop

An

At quanta
studio augebatur
exemplo Lothari
dam in concessio
ensis Archiepiscop
scopus in partes n
dam Trevirensen
numque Sacrorum
nij patronum sibi
primum Aquisgra
fis, Atto Verduner
garius Trajectensi
corruptoque judi
tur; factaque est
postquam delata
gnum ob sapientia
causam recognosc
bergam viro suo r
dit in Ecclesia, mul

modam imitationi & instituto Sanctimonialium Virginum, corpus
 ejus incenso desiderio efflagitavit; ad cujus exemplar se ipsam postea
 sanctitate conspicuam superaddidit; nimirum quæ ab obitu inter
 Divos à suis culta fuit. Cujus etiam ossa Divorum ritu excepta tu-
 mulo, & venerationi proposita fuere ad annum usque 1331, quo Her-
 vordix hæresis Lutherana tumultuari, & sacra omnia profanare cœ-
 pit. Quæ in perturbatione nobilis Catholica matrona D. Hadwigis
 ossa collegit, & postmodum Collegio Monasteriensi Patrum Socie-
 tatis Jesu dono obtulit ubi in hunc diem asservantur colunturque.
 Longe hæc diversa Hadwigis ab Hadwige Poloniæ ducissa, quæ an-
 no demum 1243 obiit, & Cracoviæ ob vitæ sanctimoniam colitur.
 Ceterum non facile locum sacrum reperias in Saxonia, in quem plu-
 ra Sanctorum pignora cumulavit Regum liberalitas ac pietas, quàm
 Herivordienſe Collegium Virginum, quorum multa in hunc diem
 asservantur etiam sub disparis religionis potestate; ut hæc coram
 monstrata Ferdinando Episcopo; ex quo thesauro illi dono Elisa-
 bethæ palatinæ Antistitis oblatum brachium D. Ambrosij M. &
 Cunigundæ Imperatricis ac Virginis, quod utrumque avitæ venerationi ab Episcopo redditum est.

Annus Christi 862. 63.

Nicolai Pont. 5. 6.
 Ludovici II. Imp. 7. 8.
 Ludovici Germ. Reg. 22. 23.
 Luthardi Ep. Pad. 3. 4.

At quanta Ludovici Germaniæ Saxonixque Regis pietate ac Secundæ
 studio augebatur religio & Virginum decus, tam pravo fædoque Lotharij
 exemplo Lotharius Rex, repudiata Theutbergâ conjuge, Waldra- nuptiæ,
 dam inconcesso sibi toro conjunxit. Hæc quia Guntharij Coloni- dimissâ
 ensis Archiepiscopi foror, vel, ut alij verisimilius, neptis, Archiepi- priori
 scopus in partes malæ causæ attractus à Rege. Is deinde Thietgau- conjuge,
 dum Trevirensis Archiepiscopus, virum leviter eruditum, igna- ab ali-
 rumque Sacrorum canonum circumvenit, & dissolvendi matrimo- quot Epi-
 nij patronum sibi adjunxit. Ab his Episcopi Regni Lotharingici sopis pro-
 primùm Aquisgranum, dein Metas convocati, Adventius Meten- bata, à
 sis, Atto Verdunensis, Arnulphus Tullensis, Franco Leodiensis, Hun- Pontifice
 garius Trajectensis, * Ratbodus Argentoratensis. Horum pravo damnan-
 corruptoque judicio Teutberga conjugio Regis soluta pronuntia- tur.
 tur; factaque est Regi Lothario potestas ducendi Waldradam. Quæ Ann. Fran-
 postquam delata sunt ad Nicolaum Pontificem, cognomento Ma- corum
 gnum ob sapientiam & Christianam fortitudinem, jussit is Romæ Regino.
 causam recognosci, recissaque Metensis Synodi sententiâ, Teut- * al. Ra-
 bergam viro suo reddi. Magnas res illa turbas & offensionem de- toldus
 dit in Ecclesiâ, multisque ex hinc annis acerrimo partium studio agi-
 tata

tata est. Quam ob rem Guntharius & Thietgaudus Archiepiscopi divortij auctores, altero post anno, Romam profecti, porrectoque supplici libello, justis ex causis divortium à Lothario factum probare contenderunt. Postquam omnia Romæ in concilio Episcoporum diligenter examinata, damnati non modò Archiepiscopi, sed & Episcopali munere sunt exuti, & à fidelium societate ejecti, ceteris Episcopis, si resipiscerent, venia & reconciliatio promissa. Quibus Guntharius & Thietgaudus in furorem acti, virulentissimam in Romanum Pontificem vulgârunt Epistolam, quâ nec à schismaticis, nec hæreticis, nec barbaris, ut rectè Baronius censuit, quicquam malevolentius scribi poterat. Recitant hanc epistolam Annales Francorum à Pitheco editi, quam passim ab hæreticis nostri sæculi, odio in Pontificem, tam avidè videas arripi, quàm malè suæ causæ patrocinium à schismaticis & projectis extra Ecclesiam rebellibus flagitiosisque hominibus emendicare necesse habent.

* 863.
Luthardus Ep.
consecravit
Ecclesiam S. Pauli
propè Corbeiam.

* 864.
Vetus MS.
Corbeienfe.

Hoc interim * anno Luthardus Episcopus noster, Ecclesiam S. Pauli, quam Adalgarius Abbas haud procul ab ipsò Corbeienfi cœnobio ad Visurgim construxerat, solenni ritu consecravit; alteroquoque ab hinc * anno Adalgarius Abbas reliquias S. Luitrudis Virginis in eam intulit; Ecclesia verò clericis sub Præpositi administratione attributa est. Parochia simul hæc Ecclesia fuisse creditur in loco veteris Huxtariæ, uti cœmeterium & cetera monumenta monstrant. Post verò hæc ipsa Ecclesia seu ob Visurgis alluvionem, seu ob incendium vici, quo cœnobium illud afflatum, translatum est anno M CC XXX in oppidum Huxtariense, increvitque in collegium canonicorum, quod inde celebre fuit ad nostram ætatem.

Annus Christi 864.

Nicolai Pont. 7.
Ludovici II. Imp. 9.
Ludovici Germ. Regis. 24.
Luthardi Ep. Pad. 5.

Redière interim ex Italia superius damnati Archiepiscopi, animis omnino diversi. Trevirensis conscientia facti admonitus, decreto Pontificis se submitit: perstitit pertinacior Colonienfis. Post ubi Lotharius Rex Pontifici scripsit, se in omnibus voluntati ejus accessurum, & Waldradam pellicem cum probro ex aula abjecit; tandem Guntharius se delusum vidit, eoque denuo Pontifici supplex Romam est profectus. Sed Pontifex hominem tam pertinacis ac turbulenti ingenij nec ad Episcopi sedem, nec ad sacerdotalia munia admittendum decrevit. Inde exutus habitu, solaque communione laica inter profanos ex decreto Pontificis vivere jussus, quo tandem exitu vitam clausit, incertum reliquere scriptores. Nichil Saxonie Episcopis cum hac causa commune unquam fuit, quibus

Lotharius
Pontifici
se submit-
tit.

bus una cura sub-
nem firmare. C
Carolo fratre rec-
pidum Thuiscon
Ludovicus per H
rammum Comi
Archiepiscopum
sponsores inviola
& sanctitatis æsti
fidus Baduradus,
re, id Alfridus LU

Anno proxi
Germanie & Car
fex Lotharium fr
tumque Imperium
senium legatum a
se Junio Francofu
tificis consilium a
imminentibus pra
que in loco Had
largam donatione
habui.

du In nomine sancti
te clementia Rex. Si
quam conferimus, et
aque regali tue ammu
dam profuturum liqu
nostrorum industria,
Dei, et remissionem p
Antecessorum nostr
um, quod dicitur He
semper Virginis, situ
deorio abbatisa et R
pagis Dreimi et Boron
Warmi conjacentes
minali, unam scilicet
mansos triginta perti

bus una cura sub optimo Rege suo erat, pacem colere & religionem firmare. Quin ipse Rex Ludovicus hoc anno ex integro cum Carolo fratre reconciliatus in conventu ad Duficam villam, seu oppidum Thuiskonis, vulgò Towentwist; in quo foedus ictum; quod Ludovicus per Hincmarum Archiepiscopum Rhemensem & Engilrammum Comitem, Carolus verò per Luitbertum Moguntinum Archiepiscopum & Alfridum Hildesensem Episcopum tanquam sponsores inviolabile esse voluit. Magna per id tempus auctoritate & sanctitatis æstimatione inclaruerat Alfridus; & quod præsulum fidus Baduradus, inter Saxoniarum Episcopos Ludovico Pio Imperatore, id Alfridus Ludovico Germaniarum Rege spectabatur.

Ludovicus reconciliatur cum fratre suo Carolo. *Annal. Franc. Fuldens.*

Annus Christi 865.

Nicolai Pont. 8.
Ludovici II. Imp. 10.
Ludovici Germ. Reg. 25.
Luthardi Ep. Pad. 6.

Anno proximo confirmatum denuo foedus inter Ludovicum Germaniarum & Carolum Franciarum Regem. Atque ut Nicolaus Pontifex Lotharium fratrem tertium Regem hoc foedere includeret, totumque Imperium in uno concordiarum vinculo possideret, misit Arsenium legatum ad Ludovicum Germaniarum Regem; quem Rex mense Junio Francofurti honorificentissimè excepit; salutare hoc Pontificis consilium ac studium erat, quo Ecclesiam à barbaris undique imminentibus præmunitam haberet. Eo simul mense Rex, eodemque in loco Hadwigi Herifordiensium Abbatissæ consanguineæ largam donationem fecit, quam hic pro instituto inferere necesse habui.

Ann. Francorum.

Certa à Ludovico Rege prædia collegio Heriford. donantur.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, HLudovicus divina favente clementiâ Rex. Si enim liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quidquam conferimus, et necessitates Ecclesiasticas nostro subletemus in vobis, atque regali tue amur munimine, id nobis ad aeternam vitam feliciter obtinendum profuturum liquido credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum industria, presentium scilicet et futurorum, qualiter nos ob amorem Dei, et remissionem peccatorum nostrorum, atque pro remedio animarum Antecessorum nostrorum, Augustissimorum Imperatorum, ad monasterium, quod dicitur Herivurt, quod est constructum in honore Sanctæ Mariæ semper Virginis, situm in Ducatu Saxonico, ubi presentibus temporibus Hadovic abbatis et Rectrix esse videtur, quasdam res proprietatis nostræ in pagis Dreimi et Borodra cognominantibus, et in Comitibus Burchardi et Warini conjacentes, id est, casas dominicatas duas cum territorio dominicali, unam scilicet in Selheim, et alteram in Stockheim, nec non et mansos triginta pertinentes ad loca prænominata, et quidquid dici aut nomi-

nari

nari potest, quæ ad prædicta loca iure pertinere noscuntur, cum familiis sexaginta, quæ lingua eorum laxi dicuntur, totum, et integrum per hanc nostram auctoritatem ad memoratum monasterium perpetualiter in proprium tenendum concessimus, et de iure nostro in jus et dominationem ejusdem monasterii transfundimus et condonamus: ea scilicet ratione, ut perpetuo Saracimoniales ibidem Domino jugiter famulantibus in cibariis et victualibus reliquisque usibus earum per futura tempora Christo propitio consistant, et in beneficio res ipsæ nulli concedantur, sed solummodo absolute ad mensam earum jugiter deserviant, et nullus Successor noster hanc auctoritatem largitionis nostræ aliter immutare possit, neque ullus publicus Judex, aut aliqua judiciaria potestas aliquam molestiam, aut contrarietatem in his rebus illis facere præsumat; Sed liceat ipsis suas res liberè et absolute Domino adjuvante, et nostra munitione tuente possidere, omni judiciaria remota potestate. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ per futura tempora firmior habeatur, et à fidelibus nostris melius conservetur veriusque credatur, subter eam manu propria nostra firmavimus, et annuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum

HLudovici Serenissimi Regis.

Hadebertus Subdiaconus ad vicem Vuitgarii Cancellarii recognovi et ss.

* Desumitur hic initium annorum Ludov. ab anno 804, quo Ludov. Pius obiit. D. Rembertus S. Ansharij Successor, assistente Luthardo, à Mogunt. Archiep. consecratur Episcopus Bremensis.

Data Idus Junas, anno Christo propitio * XXXVI hLudovici Serenissimi regis in orientali Francia regnante. Indictione XIII. actum in Villa Franconovurt palatio regio in Dei nomine feliciter amen.

At digna non minus ex hujus anni rebus gestis memoria Luthardi Episcopi nostri. Nam posteaquam 3 februarii ad immortalem vitam evocatus D. Ansharius Bremensis Archiepiscopus, subrogatus est ex concordia electione cleri D. Rembertus. Prædixerat hoc Remberto D. Ansharius triduo ante quam mortuus; quod à puero illum Thurholi in clero enutrierat, ac dein Bremam evocatum omnibus Apostolicis laboribus probatum socium habuerat. Nec dubium, quin à Deo id impetrarit. Verum cum extremum deprecaretur Rembertus, ne id munus humeris suis imponeretur; respondit divinæ providentiæ & voluntatis esse, cui refragari non liceret. Admisso igitur post electionem Episcopatu, deducitur à Theodotico Mindensi Episcopo, & Adelhardo Corbeienfi ad Visurgim Abbatem, ad Ludovicum Germaniæ Regem. Nimirum quia per Septentrionis regna nondum provinciales Episcopi erant Bremensis Metropolis, à quibus consecraretur, ad Regis consilia & dispositionem hæc detulerunt. Suscepit honorificè Rex Ludovicus Rembertum, ejusque auctoritate missus est ad Luitbertum Moguntinum Archiepiscopum.

episcopum confectum Luitardus Paderbornensis. Theodericus Episcopus consecrator Moguntinæ Rembertus Episcopus, & per eum Mindensem, simul Bremensem. Ex iis cenobium; vovisset foret, se in claustrum ducturum; id autem prius cum Episcopo promisitque, quæ etiam ad leges ducturum. Quamvis tunc, quem & magister tunc haberet. Amorem, pietate & abbatem germani Episcopatu.

Ex hac conjunctione habentis regna virum & per Saxoniam Ecclesiam luxu, sed virtutibus & Reges haberentur eorum laborum.

Quantum ad Astram. Adhuc Guntharij Archiepiscopi conturbatione Ecclesiam Guntharium Coloniensem Episcopos anathematizavit, ad hunc ex utroque hanc multis deploratam rem Nicolaus Pontificum, non facile

episcopum consecrandus. Ac ne offensio interveniret, delectus est Luithardus Paderbornensis Episcopus ex Metropoli Moguntina, & Theodericus Episcopus Mindensis ex Metropoli Colonienfi, qui consecratori Moguntino Archiepiscopo assisterent. Ab his igitur Moguntia Rembertus solemniter consecratus inunctusque est Episcopus, & per eosdem suffraganeos Episcopos Paderbornensem, Mindensem, simulque Adelbertum Abbatem reductus in diocesin Bremensem. Ex itinere Rembertus divertere voluit ad Corbeienfe cenobium; voverat enim jam antè, si post obitum Anscharij superstes foret, se in clauetro inter Corbeia Monachos religiosam vitam ducturum; id autem ut quantum fas esset expleret, communicato prius cum Episcopis consilio, Corbeia habitum monachi induit, promissisque, quantum & ratio & occupatio permetteret, se deinceps etiam ad leges à Divo Benedicto praescriptas vitae rationes compositurum. Quam in rem sibi à Corbeiensibus monachis adjungi petijt, quem & magistrum religiosae vitae, ductoremque apud se quotidie haberet. Additus ergo illi Adalgarius monachus, vir gravitate morum, pietate & doctrina praestans, gradu licet Diaconus, Adalgarij Abbatis germanus; quem & à morte successorem habuit in Episcopatu.

Prius tamen, quam ad Ecclesiam suam se consecraret, Corbeia habitum monasticum induit.

Ex hac consuetudine Luithardus sibi per omnem vitam conjunctissimum habuit D. Rembertum Apostolicum per Septentrionis regna virum & tot miraculorum operibus clarum. Felicia sanè per Saxoniae Ecclesias tempora, cum Episcopi non de potentia & luxu, sed virtutum & religiosae vitae æmulatione inter se certarent; & Reges haberent, qui haec unice quaererent in Episcopis, & tuerentur eorum labores patrocinio armorum.

Annus Christi 866.

Nicolai Pont. 9.
Ludovici II. Imp. 11.
Ludovici Germ. Regis. 26.
Luthardi Ep. Pad. 7.

Quaquam non is rerum status in Lotharij regno erat per Austrasiam. Adhuc pellicem Waldradam retinebat Lotharius Rex, Guntharij Archiepiscopi neptem, magna Austrasiae familiae labe, & conturbatione Ecclesiarum. Jam & Nicolaus Pontifex eo nomine Guntharium Colonensem & Thietgaudum Trevirensis Archiepiscopus anathemate percusserat, ac cum ceteris Episcopis sacrorum munere exutis, adulterini hujus connubii patronis exauctorarat; ut haec multis deplorant Francorum Annales, & Regino. Quam in rem Nicolaus Pontifex (quo Roma, Judice Reginone, post Gregorium M, non facile habuit aut religione, aut constantia & magnitudine

Annales Franc. Regino in chron. Sigebertus in chron. Nicolaus Pont. laborat in pellice à Lothario abstracta.

X

dine animi celebriorem) literas dedit ad Gallia & Lotharingia Episcopos, quibus mandat, fœdum illud dissidij malum tollant ab Ecclesiis. Scripsit & Pontifex ad Ludovicum Germaniæ, & Carolum Franciæ Reges, omni ut studio enitentur, quo Lotharium fratrem ad sanio rem mentem revocent, isque receptâ Theutberga conjugis Waldradam pellicem abjiciat. Neque Luidberto Moguntino Archiepiscopo, neque Saxoniam Episcopis, ceterisque in Regni Ludovici Regis præfulibus quicquam cum hoc mali contagio commune fuit; quando & Ludovicus Rex cum Saxoniam Episcopis non in aliud magis intentus, quam ut Regnum suum à Barbaris intactum servaret, religionem inter eos proferret, & religiosorum hominum precibus Deum sibi placaret. Ejus rei gratia, cum in alios Episcopos, & collegia Clericorum ac Monachorum cœnobialitate esset effusus; tum nova donatione hoc anno Herivordienſe monasterium Sanctimonialium Virginum cumulavit, quam ex diplomate ejus hic reddimus.

Ludovicus
9 Germ.
Rex nova in Herivordienſes beneficia confert.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis, HLudovicus divina favente clementia Rex. Si enim locis Deo dicatis quidquam ex rebus, quas divino munere possidemus, largitatis gratia conferimus, hoc nobis procul dubio ad æternam vitam promerendam profuturum liquido credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos ob amorem Dei, et pro absolutione peccatorum Antecessorum nostrorum Augustissimorum Imperatorum, atque pro remedio animæ nostræ quasdam res proprietatis nostræ, quas Folcheri fidelis noster hæcenus in beneficium tenuit in Ducatu Westfalorum, conjacentes in pagis Griatga et Treeroviti, nec non in comitatibus Burchardi, Waltberti, et Albrici atque Letti. Id sunt mansi XIII cum familiis viginti, qui lingua eorum Luti dicuntur, ad monasterium quod vocatur herivurt, quod est constructum in honore sanctæ Mariæ semper Virginis, Ubi Ludovic presentibus temporibus Abbatissa et rectorix esse videtur, cum omnibus appendiciis totum et integrum ad præfatum monasterium in proprium perpetualiter tenendum tradimus, et de jure nostro in jus et dominationem ipsius monasterii solemniter condonamus. Ita videlicet, ut nullus Successor noster easdem res inde ulterius subtrahendi licentiam habeat, sed ab hodierno die Rectorices atque sanctimonialiales ipsius monasterii easdem res recipiant, atque deinceps per hoc nostrum præceptum data licentia Christo propitio habeant potestatem utendi pro communi utilitate eorum qualitercumque eis libuerit. Et ut hæc auctoritas nostra largitionis atque traditionis per futura tempora firmior habeatur, et a cunctis fidelibus nostris melius conservetur, veriùsque credatur, sub eam manu propria nostra firmavimus, et impressione annuli nostri roborari jussimus.

Signum

PO
LI
Hadebertus S
Data VII Calen
in orientali Franci
palatio regio in De

A
Hac celebri
arma & viros Ap
tus Michael Bulg
sed & ad Ludovic
pulum regni sui
postulata mittit
Diaconis; quanc
essent, qui gent
Interim Ludovic
manis imperabat, n
vire Bulgarorum
positis regis orna
tus totam noctem
christiana religio
tato, ipse monach
se comestationib
populus ad Idolor
bitu, regium diac
eruti que oculis in
cum juniore filio;
habitum resump
Inter hæc Lu
tris avique institu
pientissimus Rex,
pensus habuit, q
aminare, & pro
Erant adhæc præ
Bremenſis, Alfric
doricus Mindenſ

Signum

POS
LIZ

Ludovici Serenissimi Regis.

Hadebertus Subdiaconus ad vicem Vuitgarii Cancellarii recognovi, et ff.
Data VII Calend. Maji anno XXVII regni Ludovici Serenissimi regis
in orientali Francia regnantis Judicatione XIII. Actum in Francorum
palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 867.

Nicolai Pont. 10.

Ludovici II. Imper. 12.

Ludovici Germ. Reg. 27.

Luthardi Ep. Pad. 8.

Hac celebri Ludovici Germaniæ Regis fama & gloria, qua per
arma & viros Apostolicos Christi religionem proferebat, provoca-
tus Michael Bulgarorum Rex, non modo ad Nicolaum Pontificem,
sed & ad Ludovicum mittit Legatos, petitum Sacerdotes, qui po-
pulum regni sui christianam legem ritusque docerent. Ad cujus
postulata mittit Rex Ermenricum Episcopum cum presbyteris &
Diaconis; quanquam jam à Pontifice missi Episcopi & Sacerdotes
essent, qui gentem illam cum suo Rege baptismi undis abluerent.
Interim Ludovicus, ut Regino est auctor, Christianissimus Rex, qui Ger-
manis imperabat, non mediocre præbuit supplementum. Tanto autem fer-
vore Bulgarorum Rex post susceptum baptismum conspectus est, ut
positis regiis ornamentis, noctu Ecclesiam intraret, & cilicio instra-
tus totam noctem inter preces exigeret; confirmata per regnum
christiana religione ultro se regno exiit, eoque in filium transpor-
tato, ipse monachi vitam professus est. Post ubi comperit filium se-
se comestationibus & libidinibus dedere, & periculum esset, ne
populus ad Idolorum cultum rediret, exuto tantisper monachi ha-
bitu, regium diadema & arma resumit, filiumque aggressus capit,
et utique oculis in perpetuum carcerem detrudit, reposito in ejus lo-
cum juniore filio; tum & ille posito rursus militari cingulo monachi
habitum resumpsit, sanctissimamq; exinde in claustro vitam exegit.

Inter hæc Ludovicus Germaniæ Rex in Saxoniam digressus, pa-
tris avique instituto de rebus sacris profanisque disposuit. Nihil sa-
pientissimus Rex, ut supra ex Francorum annalibus relatum est, im-
pensius habuit, quam comitum judicia & præfectorum rationes ex-
aminare, & pro tribunali etiam populi causas ac querelas audire.
Erant adhæc præclari per id tempus Saxoniam Episcopi Rembertus
Bremensis, Alfridus Hildesimensis, Luthardus Paderbornensis, Theo-
doricus Mindensis, Lubertus Mimigardesfordiensis, Hildegrimus

Annales

Francor.

Regino ad

an. 868.

Siebertus.

Michael

Bulgaro-

rum Rex

baptif-

mus &

religio-

sum ha-

bitum

fulcipit.

Signum

Ludovi-
cus Rex
Collegio
Herivor-
diensi, da-
tis novis
bonis, be-
nefacit.

Halberstadiensis fama sanctitatis plerique celebres. Invitarantque præterea in Westphaliam Ludovicum Regem duo monasteria Corbeienſe & Herivordienſe, quorum alterum præclarorum virorum, alterum illustrium Virginum numero & disciplina religiosa certabat; Ob quæ certè ad Herivordienſe, si non ad Corbeienſe etiam hoc anno divertit Rex, quod ex diplomate novæ largitionis eo in loco consignato, etsi hæcenus nemo scriptorum prodidit, satis constare poterit.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, HLudovicus divina favente gratia Rex. Si de rebus terrenis, quas divina sumus largitate consecuti, locis sanctorum ob amorem Dei quiddam conferimus, hoc nobis procul dubio ad æternæ remunerationis præmia capessenda profuturum liquidò credimus. Idcirco noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque presentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos concessimus quædam res proprietatis vestræ ad monasterium, quod dicitur Herivurt, sive ad reliquias sanctæ Mariæ semperque Virginis in eodem monasterio consecratas, in pago videlicet Grainga, in Villa, quæ vocatur Kelveri, id est mansum indominicatum cum domibus, adificiis, et omnibus adjacentis, terris cultis et incultis, silvis, pratis ac pascuis, de reliquo beneficio, quod Hrodradus Comes habuit, dimidiam partem cum familiis supermanentibus utriusque sexus numero viginti novem. In alio autem pago, quod dicitur Sutherbergi, in villa, quæ vocatur Lodre, octo familias et novem mansos. Et in eodem pago in villa, quæ vocatur Arpingi, unum mansum cum familia supermanenti. Has itaque res, sicut superius diximus, cum domibus, adificiis, mancipiis utriusque sexus, et terris, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus totum et integrum prædicto monasterio ad proprium concessimus atque confirmavimus. Propterea hos apices serenitatis nostræ circa ipsum monasterium fieri decrevimus, per quos precipimus atque jubemus, ut nullus iudex publicus in homines ipsius loci aspicientibus potestatem ullo unquam tempore habeat præter advocatum eorum, neque fidei iussores illorum tollendo, nec in Wadiis, aut publicis placitis aliquam distractionem in eos faciendò, sed ob Dei amorem nostramque concessionem in futurum omnes res superius insertas ad jam dictum monasterium pleniter deserviant absque alicuius contrarietate, aut impedimento. Et ut hæc auctoritas donationis seu confirmationis nostræ firmiter habeatur, et per futura tempora à cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione designari iussimus.

Signum

POHS
LJL

Domni HLudovici Serenissimi Regis.

Comes

Comeatus Notarii
cembriſ ann
riofissimi Re
monasterio
Hac Ludovici R
vocatus, postq
riſienſi Monaste
ficiendoque co
rore, qua cum pl
tabulæ noſtræ an
obtulere. Ade
ac Saxonia Chri

Eam ob cau
ratur 868 Worm
bre illud Worma
patres in præfati
Ludovici Regis,
lum in rebus hur
per ſollicitudine
carnatione Dom
ma. xvii Calend
tractandas; quo
optimis moribu
rem extant quad
tamen inter deci
perceptionem ex
afferuntur canon
ſynodum Worm
cati omnes Episc
berto, Moguntin
ſter, ac Patribus fi
ſterij expoſuit, fa
ſenſu auctoritate
chicpiscopi tabu
Cum in nomi
tatem, quæ vulgo
tus humilis. Mogu

Comatus Notarius ad vicem Radleici recognovi et sff. Data VI Idus Decembris anno Christo propitio * XXIII regni domni HLudovici gloriosissimi Regis in orientali Francia fndictione XV. actum in eodem monasterio Herisford in Dei nomine feliciter amen.

* hic annus desumptus a divisione regnorum facta anno 844.

Hac Ludovici Regis liberalitate Luthardus Episcopus noster provocatus, postquam cum Rege coram pertractarat, coepit de Herisfordensi Monasterio Virginum intra suam dioecesin condendo perficiendoque consilia maturare, urgente cum primis Walburga sorore, qua cum plures e nobilitate Virgines (quas Domicellas vocant tabulae nostrae antiquae) exemplo Herivordiensium excitatae se ultro obtulere. Adeo jam sequior ille sexus, postquam tota Westphalia ac Saxonia Christo se dederat, pietate & religione aemulari visus.

Annus Christi 868.

Hadriani II. Pont. 1.
Ludovici II. Imp. 13.
Ludovici Germ. Reg. 28.
Luthardi Ep. Pad. 9.

Eam ob causam Luthardus anno insequenti, qui Christi numeratur 868 WORMATIAM ad Episcoporum synodum profectus. Celebre illud WORMATIENSE concilium fuit, quod studio amoris Christi, Ut patres in praefatione testantur, ac iussione excellentissimi gloriosique Ludovici Regis, cujus tanta erga Deum devotio extat, ut non solum in rebus humanis, verum etiam in causis divinis maximam semper sollicitudinem gerat, apud WORMATIAM civitatem anno ab Incarnatione Domini nostri JESU CHRISTI DCCC LX. VIII. Indict. prima. XVII. Calend. Junii convocatum est, ad causas Ecclesiasticas pertractandas; quod regnum suum submotis iis, quae male irreperant, optimis moribus, & legibus florentissimum haberet. Quam in rem extant quadraginta quatuor Canones a Patribus sanciti; quos tamen inter decimus quintus de occultis furibus per Eucharistiae perceptionem explorandis, ab Ecclesia improbatus est; ceteri qui afferuntur canones ab alia synodo reputantur sanciti. Ad hancigitur synodum WORMATIENSEM, ad quam e regno Ludovici Regis convocati omnes Episcopi, praeside Ludiberto, seu ut Serrarius vocat Lindberto, Moguntino Archiepiscopo, accessit Luthardus Episcopus noster, ac Patribus fundationem, quam meditabatur, Herisfordensis monasterij exposuit, factoque omnium, qui aderant, Episcoporum consensu auctoritateque impetravit. Quam in rem ipsas Luidberti Archiepiscopi tabulas ab omnibus Episcopis consignatas hic sistimus.

Luthardus Ep. in concilio WORMATIENSIS obtinet facultatem condendi monasterii Herisfordensis.

S. Thom. 2. p. 98 art. 6. Bellarm. lib. 2 de conciliis c. 2. Posservinus in apparatus sacro. Philip. Labbe in notis.

Cum in nomine Domini nostri JESU CHRISTI apud WANGIONAM civitatem, quae vulgo WORMATIA dicitur, in unum convenissemus, Ego Luidbertus humilis Mogunciensis civitatis Archiepiscopus, cum Coepiscopis et Chori-

Choriepiscopis atque Abbatibus simulque aliis plurimis sacerdotibus, et diversis ordinis clero ibidem congregatis, plura quae ad christianae religionis observantiam et profectum pertinere putavimus, conferre cepimus. Inde inter cetera, quae de Ecclesiarum statu, et Deo famulantium augmento tractabamus, Luitardus Paderbornensis Ecclesiae Episcopus synodali suggestit conventui, suam sororem nomine Walburg, et nonnullas alias Domicellas sub sanctimoniali habitu et professione divino servitio se mancipare decrevisse. Et quia locus, quem earum conversationi et proposito accommodatissimum et opportunissimum iudicabant, ad sibi, ut praediximus, commissam, id est, ad Paderbornensem Ecclesiam pertinebat, nostrum ad hoc consensum et corroboracionem exposcebat, ut in memorato loco sororibus supra dictis, tam praesentibus quam futuro tempore superventuris, sine alicujus contradictione liceat servire: sed ne praefata Paderbornensis Ecclesia aliquod hoc facto dispendium vel sustineat, vel sustinere videretur, eidem Ecclesiae tam ipse quam soror ejus tradiderunt, quidquid vel sibi in Osdagibusen hereditario jure provenire potuit, vel sororem in locis nuncupatis Lutzilandreni, et Bocchem atque Heringi possidere videbantur. Quod non solum post obitum suum, sed etiam ex praesenti statim tempore ad memoratam Ecclesiam contradidit, et in perpetuum traditum esse voluit, ut a praesenti die cum terris, silvis, aquis, edificiis suis, mancipiis, animalibus, et cum omni integritate sua ad eam pertineat. Ordinatio quoque et dispositio loci, in quo eadem sanctimoniales Deo servire debent, ita ad Episcopum vel praesentem vel sibi succedentem pertinere, ut singulis annis ad principalem ejus sedem quatuor solidorum pretium persolvatur. Proinde quia hanc petitionem piam per omnia et justam et tam Episcopo dignam quam Ecclesiae salubrem fore perspeximus, dum non solum sine damno et detrimento Ecclesiae, verum etiam sua mercedis et meritorum augmento famulantium Deo numerus augetur, tam proficua devotioni nostrum assensum praebere, et tam pium inceptum luce nostrarum literarum confirmare decrevimus. Itaque synodali auctoritate, et communi sacri conventus decreto statuimus, ut locus, qui in territorii villa, quae Heresi nuncupatur, conjacet, quem supra memorata Walburg jure mutuario in propriam hereditatem a Paderbornensi Ecclesia mutuatam est cum omnibus, quae ad eundem locum tam praedicti Episcopi, quam praedecessoris suo tempore pertinere videbantur, in terris videlicet, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, cultis locis simulque incultis, domibus et edificiis, litis et diversis servis, mancipiis, animalibus quoque, et cunctis mobilibus rebus, et immobilibus rebus, atque cum omni integritate sua ad usum Sanctimonialium, de quibus supra diximus, ita pertineat, et si quae deinceps ad eandem Ecclesiam, vel in possessionibus, vel in aliis rebus tradita fuerint, possidere, mutuare, et secundum hoc quod sibi utile esse videtur facere permittantur. Eodem quoque modo eademque conditione mansos X in Villa nuncupata Haionbus, simulque et decimas villarum, quae ita vocantur Herisi, Smachtum, Nortgardinum, et Suitgardinum cum appendiciis suis villis.

villis supra dictis
decrevimus. Et ut
perpetuam et inviolabilem
mandum auctoritatis
et communicationis
borari decrevimus.
ca DCCCLXXVI
XXVIII. Indict. I.

Signum Luitardi
Salzburgensis Episcopi
Alfridi Hildesheimensis Episcopi. Signum
Frisingensis Episcopi
Ermenrici Patavici
Signum Luitgarii Aquisgranensis Episcopi.
Hildegardi Halberstadtensis Episcopi.
Signum
bingensis Episcopi.
batus et presbyteri.
trici Abbatis et presbyteri.
Brannwardi Abbatis.

Habes hic quatuor
synodi Wormatiensis
omnibus consilijs
vel Coloniae, vel Paderbornae
nandi Episcopi nonnulli
tabularijs in lucem
fatis lux affundi potest.

Luthardus ex
Wormatiensis auctoritate
nuit, nihil impensum
tum monasterij optineat
domiciliorum portiones
familiae puellas colligens
burgem sororem suam
ginum collegium, et
dem Sanctimonialium
tissa fere non alia quae
cipum familijs ad habitum
apud nos extat, ordinem
trem Episcopum, quod
sorore Herisenses t

villulis supra dictarum Ancillarum Dei usibus a modo et deinceps delegare
decrevimus. Et ut hoc nostræ immunitatis et Synodalis conventus decretum
perpetuum et irrevocabilem obtineat firmitatem, Imperialem ad hoc confir-
mandum auctoritatem, et nostris subscriptionibus, et signis hanc traditionis
et communicationis chartulam munire, et omnium unanimi consensu corro-
borari decrevimus. Datum in Wormatia anno Incarnationis Domini-
ca DCCCLXVIII. Imperii vero gloriosissimi Regis Ludovici anno
XXVIII. Indiæ. I.

Signum Luidberti Mogunciensis Episcopi. Signum Adalvini
Saltzburgerensis Episcopi. Signum Rymberti Hammaburgerensis Episcopi. Si-
gnum Altfredi Hildenesheimensis Episcopi. Signum Guaxonis Wormati-
ensis Episcopi. Signum Salamonis Constantiensis Episcopi. Signum Anno-
nis Frisingensis Episcopi. Signum Landfridi Sabionensis Episcopi. Signum
Ermenrici Patavienensis Episcopi. Signum Otgeri Rubelacensis Episcopi.
Signum Luitgarii Augustburgerensis Episcopi. Signum Luidberti Mimigar-
nordiensis Episcopi. Signum Thiadrici Mimindensis Episcopi. Signum
Hildegardi Halverstadiensis Episcopi. Signum Luthardi Paderbornensis
Episcopi. Signum Eralt Feridensis Episcopi. Signum Aegiberti Osna-
brugenensis Episcopi. Signum Bernardi Chorepiscopi. Signum Hecionis Ab-
batis et presbyteri. Signum Adalgari Abbatis et presbyteri. Signum Thia-
trici Abbatis et presbyteri. Signum Tiadorici Abbatis et presbyteri. Signum
Brarvvardi Abbatis. Signum Egilberti Abbatis.

Habes hic, quisquis hæc nostra legere dignaberis, celebris istius
synodi Wormatiensis nomina præsentium Episcoporum, quæ in
omnibus consilijs generalibus à Surio, Binio, Sirmundo & Cossartio
vel Colonia, vel Parisijs editis, atque in Baronio desiderantur. Ferdi-
nandi Episcopi nostri id studio debetur, qui hæc è vetustis apud nos
tabularijs in lucem primò dedit, è quibus & ceteris Episcoporum
factis lux affundi poterit.

Luthardus ex quo & Ludovici Regis voluntatem & consilij
Wormatiensis auctoritatem condendi Heriensis monasterij obti-
nuit, nihil impensius habuit cum Walburge sorore, quàm inchoa-
tum monasterij opus perficere, ad fontem Netæ Amnis fundamenta
domiciliorum ponere, & nobiles Westphaliæ virgines honestæque
familix puellas colligere, quibus primam Abbatissam præfecit Wal-
burgem sororem suam. Celebre exindè & florentissimum hoc Vir-
ginum collegium, quales jam Herivordix & Bodecæ erant, ex eo-
dem Sanctimonialium & Canonissarum, ut vocant, instituto Abba-
tissæ sere non aliæ quàm ex illustribus nobilium Comitum & Prin-
cipum familijs ad hanc usque ætatem nostram, ut series earum, quæ
apud nos extat, ordine descripta monstrabit. Luthardum fra-
trem Episcopum, quem alterum fundatorem hujus Collegij cum
sorore Heriensis tabulæ à Ludovico Rege consignatæ vocant, vi-
tæ

Walbur-
gæ Herti-
fienfis An-
tistitis pri-
mæ San-
ctitas.
Vita D.
Remb. c. 15.

tæ integritate imitata Walburgis, pulcherrimum sese sanctimonie exemplum dedit; cuius rei primò testimonium poterimus sumere ex auctore vitæ D. Remberti, tum ex ipsius D. Remberti epistola. Ac scriptor vitæ ita refert: *D. Rembertus epistolas nonnullas adificationis plenas ad diversos composuit, quarum una est ad quandam Dei ancillam in monasterio, quod dicitur Herisi, constitutam, cæterasque sorores ibidem in Dei famulatu consistentes. Hæc autem famula Dei, de qua loquimur, neptis erat Venerabilis Episcopi Luithardi, cuius supra mentionem fecimus, qui se sancto viro cum omni devotionis affectu ita devinxerat, ut non solum ipse sanctitatis eius amator existeret, verum etiam omnes ad se quoquo modo pertinentes illi commendare studuerit, præcipue istam, de qua loquimur, ab infantia Deo oblatam, et in virginitate permanentem neptem suam, qua et propriâ devotione meruit ut unicam dilectionis suæ filiam in sanctus eam nominare solitus sit. Quantum hic auctor & Luithardum, & neptem à sanctitate commendat? quæ tamen non neptis, sed ipsa soror Luithardi, & Virginum antistes erat reputanda; quemadmodum in diplomatis allatis Luithardi soror asseritur. Ipsam verò D. Remberti epistolam, ad Walburgam & Virgines ejus sanctæ congregationis, plenam divino Spiritu recitat auctor vitæ ejus. Alterum sanctimonie testimonium ex sepulchri inscriptione producimus, quod ejusmodi hodie legitur.*

HIC VENERANDA JACET WALBURG,
QVÆ MENTE VIRILI

*HOC ET STRUXIT ET *HOC REXIT PRIMA
MONASTERIUM

SUBJECTIS VITÆ TRIBUENS EXEMPLA BEATÆ
ECCLESIAE CUNCTAS AMPLIFICAVIT OPES.
NUNC TE CHRISTE PIUM VIDEAT, QVEM
SEMPER AMAVIT

UT DEXTRIS ILLAM CONSOCIES
OVIBUS.

III NON. MART. OBIIT.

De anno obitus, quem adscriptum non invenio, parum, ut in alijs, solliciti veteres. Sepulchrum ceteris erectius è terra hodie dum aspicitur in adsito Ecclesiæ Sacello. Multis exinde Sanctorum lipsanis, seu regio dono, seu Episcoporum procuratione, exornatum Herisifienfe Collegium; inter quæ D. Saturninæ & Fortunatæ Virginum ossa duobus fastigiatis & inauratis tumulis inclusa, expositaque ad cultum populi, & patrocinium loci eminent. Id quod testantur apud nos monumenta Bustorfiana, in notis ad Bedæ Martyrologium ad-

scriptis, quæ sic h
Saturninæ V & i
in monasterio H

Ceterum cū
ringiæ Regem sūt
bella exardere c
mania, & Carolu
mirum Nicolao
Successorem, se
venire, ut se cora
vitque, an omnia
fuitisset; quo affi
charitiam præbe
pellici Walradæ t
vide ne indignè t
proceres prolocu
moniti; at cæci E
ma egressus Loth
gusti peste exting
annum absumpti
Regni nobilitas pe
Romam Gunthar
chiepiscopi; qui
ulare iussi.

Comperta I
lat, ubi ab Hincm
ventio Metensi Ar
bi Lotharij regno
pus Ludovicus Ge
omnes bellicosi P
erant. Luvovicus c
mos ierat. Carol
Carolus natu mi
Slavorum Tyrann
etorijque clari, ut
tibus interim Nor
dovici Regis, ne se

scriptis, quæ sic habent. 13 Calend. Junij in Sanctina civitate natalis S. Saturninæ V & M. quæ translata sub Bisone Episcopo in Saxoniam in monasterio Herifensi requiescit.

Ceterum cum hic annus Lotharium Austrasiæ, seu novæ Lotharingiæ Regem sustulerit, novis rursus dissidijs, quæ in civilia prorsus bella exardere cœperunt, patrum Lotharij, Ludovicus videlicet Germaniæ, & Carolus calvus Franciæ Rex inter se commissi. Mortuo nimirum Nicolao Pontifice, Lotharius Rex questus apud Hadrianum II Successorem, se æmulorum calumnijs oppressum, eoque Romam venire, ut se coram purgaret. Quem Pontifex benignè accepit, rogavitque, an omnia, quæ a Nicolao Pontifice præscripta essent ritè præstitisset; quò affirmante, Pontifex ei finitis missarum solemnij Eucharistiam præbet, hac contestatione: si te innoxium cognoscis, nec pellici Walradæ te in posterum miscere statuisti, accede; sin minus, vide ne indignè sumendo vindicem Deum experiaris. Eadem ad proceres prolocutus est Pontifex. Et ita quidem Rex ac proceres præmoniti; at cæci Eucharistiam de manu Pontificis sumpsere. Vix Roma egressus Lotharius, cum febris corripitur, & Placentiæ 6 Idus Augusti peste extinguitur. Eadem hac vindicta plerique proceres intra annum absumpti. Foeda deinde strage sæviit in comitatu pestis, quâ Regni nobilitas penè tota perijsse deplorabatur. Accesserant simul Romam Guntharius Coloniensis & Thietgaudus Trevirensis, Archiepiscopi; qui licet ad pœnitentiam recepti, sedibus tamen suis exulare jussi.

Lotharij Reg. Austrasiarum obitus.

Annus Christi 869.

Hadriani II Pont. 2.
Ludovici II. Imp. 14.
Ludovici Germ. Reg. 29.
Luthardi Ep. Pad. 10.

Comperta Lotharij morte, Carolus Franciæ Rex Metas advolat, ubi ab Hincmaro Remensium Archiepiscopo, dissimulante Adventio Metensi Antistite Lotharingiæ Rex coronatur. Inde asserto filii Lotharij regno, Aquisgranum ad regni sedem advolat. Per id tempus Ludovicus Germaniæ Rex Ratisbonæ æger decumbebat, & filij omnes bellicosi Principes, diversis contra Barbaros bellis occupati erant. Luvovicus cum Thuringis & Saxonibus in Sorabos & Bohemos ierat. Carolomannus cum Bojarijs adversus zwentiboldum: Carolus natu minor cum Francis & Alemannis adversus Rasticen Slavorum Tyrannum missus à patre; prospero omnes belli exitu, victorijque clari, ut multis Francorum annales memorant. Quiescentibus interim Nortmannis Barbarisque trans Albim, ob metum Ludovici Regis, ne se in bellantes filios immitterent. Vidissetque tum

Carolus Franciæ Rex Lotharingiæ coronatur. Annales Francorum. Astomanni.

Y

Ludovi-

Ludovicum Germaniæ Regem, Caroli M. nepotem, haud secus quam Carolum M. pugnantem, triumphantemque cum tribus filijs adversus Barbaros.

Annus Christi 870.

Hadriani II Pont. 3.
Ludovici II Imp. 15.
Ludovici German. Regis 30.
Luthardi Ep. Pad. 11.

At mox ut Ludovicus præter spem ab extremo morbo convalescit, mittit legatos ad Carolum, præmonens, ne solus sibi Lotharingiæ Regnum vendicet, quod utrique ex æquo debeatur; eò Ratisbona Francofurtum contendit. Carolus cum legatos Ludovici nullo certo responso remisisset; indignatus Ludovicus, mittit ad Carolum Luidbertum Moguntinum Archiepiscopum, & Alfridum Hildesimensium præfulem, viros ea tempestate gravitate morum & sapientia conspicuos, aliosque proceres, cum mandatis, ut Regno Lotharingiæ excederet, aut parata in se arma expectaret. Quibus territus Carolus in Galliam se recepit; convenitque pridie Nonas Martij inter utrimque legatos post Aquisgranum missos, Lotharingiæ Regnum dividere, & pactione civile bellum antevertere. Discurrentibus de hinc legatis, placuit utrique Regi cum quatuor Episcopis & decem consuloibus ac triginta è nobilitate viris, Heristallum inter & * Marsenam vicum, secundo à Trajecto lapide, convenire, ad regni partitionem faciendam; quæ demum v. Calend. Augusti in vicò Marsena confecta. Quæ divisione Regni Lotharingiæ Ludovico cecidit Colonia, Treviris, Ultrajectum, Metæ, & quidquid Rheno & Mosa interceptur; præterea comitatus Teisterbandiæ, Batavia, Frisiæ pars maxima, ceteraque his regionibus inclusa oppida & cœnobia. Carolus præter Lugdunum, Tungros, Tullos, Cameracum, Vienna aliæque Burgundiæ urbes attributæ, quemadmodum hæc particio à Pitheco, Aimoino, & Miræo est relata in tabulas, frustra ex Italia appellante adversus hæc Ludovico II Imperatore ad jus gentium per Pontificem & Pontificis Legatos, quod sibi ex hereditate paterna, & Lotharij patris testamento deberi contendebat. Tum simul Wilibertus Coloniensis Archiepiscopus, quem à clero eligi jussèrat Ludovicus Rex in Guntharij locum subrogatus est, non sine offensione Hadriani Pontificis, quod inconsulta Apostolicæ sedis auctoritate id sibi vendicasset. Quare & pallium & confirmationem non nisi à Successore Josepho consecutus est Wilibertus; vir cetera egregius, & inter præstantissimos Episcopos numeratus à posteris. Hæc potentia auctus Ludovicus Rex Danis ceterisque Barbaris formidabilior fuit, ne quid in Saxoniam nostra pertentare auderent, quæ cultu religionis florentissima pacatissimaque manebat.

Regnum Lotharingiæ inter Ludovicum & Carolum dividitur. * al. Marsenam. Pithecos in frag. hist. Franc. Aimoinus lib. 5. c. 25. Wilibertus in sede Colon. succedit Gunthario.

In hac rerum quam ea, quæ ipsi filijs pati permittunt, patrem, quod Carolus sibi adscriptam dicit, patrem, eò quod & bello præstant animos componunt. Triburiæ convergentia ad Orientalium, castro & mox qua & Triburienas rusticorum a conventu Luthardi legatos, à Ludovico tutela regiæ tabu-

In nomine sancti gratia Rex. Notum est futuris, qualiter successit Serenissimo Sanctimonialium Archiepiscopi nostrorumque omnium Cœdemelice ratione, quod proposito permanens Ecclesiam Paderbornensem Maria, qualiter cœdemelice. Postea vobis Episcopus Luitbertus pertinentes sub nominatione ad amorem Luitbertus decrevimus atque nomine Walburgis vita sua securitatem obitum licentiam suam et conscientiam præsertim et defensionem de l-

Annus

Annus Christi 871.

Hadriani II Pont. 4.
 Ludovici II. Imper. 16.
 Ludovici Germ. Reg. 31.
 Luthardi Ep. Pad. 12.

In hac rerum felicitate obturbatus Ludovicus Rex à filijs; tanquam ea, quæ ipse in patrem perpetrârat, ultor etiam serò Deus à suis filijs pati permetteret. Quippè Ludovicus & Carolus commoti in patrem, quòd Carolomanno filio natu majori partem Regni Francici sibi adscriptam dare meditaretur. Adhæc omnes simul exacerbati in patrem, eò quòd nobilem Heimrichi Comitis filium, virum genere & bello præstantem, excæcari permisisset. Ludovicus Rex, ut filiorum animos componeret, ex Bavaria Francofurtum accelerat, indictoq; Triburiæ conventu, filios sibi reconciliat. Erat verò Triburia villa regia ad Orientalem Rheni ripam inter Moguntiam & Oppenheimum, castro & monasterio, templis atque oppidi forma celebris, in qua & Triburiense concilium habitum. Modò præter rudera & paucas rusticorum ædes nihil istic aspectabile. In hujus loci Triburiensi conventu Luthardus Episcopus Paderbornensis, seu præfens, seu per legatos, à Ludovico Rege Herisiensis Collegij confirmationem, & tutelæ regiæ tabulas impetravit, quas adscribo.

Filij concitantur in Ludovicum Patrem eidemque reconciliantur. *Annales Franc. Psth. Trith. in Chron. Hirs. Serrarius lib. 1. Prolog. Mogunt. c. 33.* Luthardus Ep. impetrat à Ludovico R. confirmationem Collegij Herisiensis.

*In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Ludovicus divina favente gratia Rex. Notum sit omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque, presentibus et futuris, qualiter Luithardus Venerabilis Ecclesiæ Paderbornensis Episcopus suggestit Serenitati nostræ, ut ei liceat construere quoddam monasterium Sanctimonialium in loco, qui dicitur Herisi, una cum decreto Luidberti Archiepiscopi nostri, atque omnium Consynodalium suorum Episcoporum, simulque omnium Consacerdotum et Clericorum Paderbornensis Ecclesiæ, eandem videlicet ratione, quod ipse et soror ejus nomine Walburg in sanctimoniali proposito permanens tradiderunt suam proprietatem ad præfatam sanctam Ecclesiam Paderbornensem, quæ est constructa in honore S. Dei genitricis Mariæ, qualiter eadem res perpetualiter in ejusdem monasterii potestate consistenter. Postea vero deprecatus est nostram Celsitudinem præfatus venerabilis Episcopus Luithardus, ut præfatum monasterium Herisi, et res ad illud pertinentes sub nostra munitatis factione et defensione susciperemus. Cujus petitioni ad amorem Domini nostri Jesu Christi libenti animo assensum præbentes decrevimus atque jubemus, ut præscripta super * Luithardi Episcopi * Soror nomine Walburg præfatum monasterium, quod vocatur Herisi, omnibus diebus vitæ suæ securiter per hoc nostræ auctoritatis præceptum habeat. Post hujus verò obitum licentiam habeant inter se eligendi Abbatissam una cum consensu et conscientia præfate Paderbornensis Ecclesiæ præsulis, et mundiburdium et defensionem de Rectore præfate Paderbornensis Ecclesiæ habeat præfatum monaste-*

monasterium Herisi, et per unumquemque annum quatuor solidos ad eandem Dei Ecclesiam persolvat, simulque mansi X in villa nuncupata Hayonbus, quæ illuc venerabilis Episcopus perpetualiter pertinenda concesserat, cum decimis villarum, quæ vocantur Herisi, Smachtum, Nortgardinum, et Suthgardinum cum appendiciis seu villulis supra dictarum ancillarum Dei tradidit, per hoc nostræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus permaneant absq[ue] aliquo contradicentis obstaculo. Volumus etiam atque præcipimus, ut sæpe jam dicti monasterii ancillarum Dei homines non alio modo à judiciariis potestatibus distinguantur, nisi eorum Advocato à nobis constituto, sicut Episcopo Paderbe nensi præceptum concessimus. Episcoporum quoque Synodale decretum cur scripto et signo subscriptionis super præfatum monasterium puellarum Dei Herisi nomine nostræ largitatis concessione firmatum permaneat. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmior habeatur, et per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione assignari jussimus. Data Idus Junii, Anno Christo propitio, XXXII regni Domni Ludovici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis, Indiæ. IV. actum Triburias in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 872.

Hadriani II Pont. 5.
Ludovici II. Imp. 17.
Ludovici Germ. Regis. 32.
Luthardi Ep. Pad. 13.

*Annales
Francorum.*
Ludovicus Rex
partito
inter filios
regno
in hostes
feliciter
mover.

Annus jam accesserat octingentesimus septuagesimus secundus, quo Ludovicus Germaniæ Rex post auditos Ratisbonæ Basilii Græcorum Imperatoris legatos ex Bojaria ad Rhenum descendit, indictoque per Quadragesimam ad oppidum Forcheim Optimatum conventu, regnum inter tres filios divisit; ne qua ab obitu dissenso, quæ jam antè, ut diximus, notata regnum conturbaret. Igitur Carolomanno Bojaria & Sclavorum provinciæ: Ludovico Lotharingia, Saxonia, Thuringia, & Frisia: Carolo natu minori Suevia est attributa; jussique filij coram toto exercitu fidem jurare, nihil se turbaturos ex præscripto testamento. Adco Rex optimus paci & suorum saluti consultum voluit. Quanquam Monarchia illa Francica quæ jam ab excessu Ludovici pij Imperatoris in tot partes divisa erat, nova divisione secaretur in partes. Inde mensè Majo quatuor validi exercitus Regis ire jussi adversus rebelles Barbaros. Singulis veteri Francorum more Episcopi additi, Luidbertus Moguntinus, Embrico Ratisbonensis, Aran, seu Arno Herbipolensis, Sigehardus Fuldenensis Abbas. Carolomannus cum Bojarijs progressus adversus Sclavos ad Istrum incolentes: Francones ad Austrum processere: Lothari-

Lotharingi ac R
episcopo adversu
cibus captis. On
ones & Thuring
versus Sclavos
fcedam fugam
duces in provin
rum in modum
co aut Romano
tas, ac tanto poti
gione tam turpi

Quam had
nunc Hadriani I
mendamus; à q
donationes & pr
quod ex antiquis

Adrianus E
Abbati venerabilis
nuncupatur nova
tum. Convenit
vola compassione s
gruum impertiri a
tore omnium Dom
nata ad meliorem
ideo cum constet re
ter suggestisse, q
Sedis Apostolica
decentes scilicet
ni et idem monaster
qui illic Domino qu
nis Collegio post tun
te omnes concordite
nomina, tum ipsu
facultatibus ditatur
quam etiam, quoc
emissa præceptione
solum in Domino g
ut moris est Aposto
favere decrevimus.
monasterium in Ap
pinus tuitionem, et
vel alius Christi fidel
præsante Domino c

Lotharingi ac Rheni accolæ duce Luidberto Moguntino Archiepiscopo adversus Bohemos pugnare, quinque Bohemorum ducibus captis. Omnes felici successu cum victoria regressi, præter Saxones & Thuringos; hic enim quartus exercitus conflatus erat adversus Sclavos Occidentales. Hi quòd ducem non haberent, per foedam fugam redière, tanta etiam indignatione mulierum, ut reduces in provincias ex equis detraxerint viros, & fustibus mancipiorum in modum contusos mulctarint; tanquam ex bello Cymbri-

*Plutarchus
de bello
Cymb.*

*Tacitus de
moribus
German.*

*Adrianus
Pont.*

*Corbei-
am reci-
pit in cli-
entelam*

*apostoli-
cam, &
confir-
mat do-
nationes*

ei factas.

Quam hæcenus Ludovici Regis beneficentiam, eandem nunc Hadriani II Pontificis sollicitudinem erga Corbeiensis commendam; à quo hoc anno insigni diplomate Monasterij illius donationes & privilegia rogatu Adalgarij Abbatis confirmata; id quod ex antiquis Corbeiensium tabularijs erutum hic exhibemus.

Adrianus Episcopus Servus Servorum Dei, Adalgario Religioso Abbati venerabilis monasterii SS. Martyrum Stephani atque Viti, quod nuncupatur nova Corbeia, et per te eidem venerabili monasterio in perpetuum. Convenit Apostolico moderamini, pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione congruum impertiri assensum; ex his enim lucri potissimum præmium à conditore omnium Domino promeremur. Dum venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem sive firmiorem fuerint sine dubio statum perducta; et ideo cum constet religionem tuam nostræ sollicitudinis pontificis satis humiliter suggestisse, quæ præfatum monasterium sub perenni defensione S. Sedis Apostolicæ, licet indigni præesse dignoscimur, recipere dignaremur, decernentes scilicet, atque Apostolica auctoritate modis omnibus statuentes, ut et idem monasterium privilegii nostri decore finetenus vigeat, et monachi, qui illic Domino quotidianis laudibus famulantur, de propria congregationis Collegio post tuum discessum deinceps, quem divinitate summa annuente omnes concorditer elegerint, ordinandi habeant facultatem. Et quia asseris nomina, tum ipsum monasterium munificentia Principum in prædiorum facultatibus ditatum fuisse, petis et suggeris, ut tam hoc, quod nunc possidet, quam etiam, quod à fidelibus illic fortassis oblatum sive collatum fuerit, emissa præceptione confirmare nihilominus dignaremur, super quibus non solum in Domino gavisi sumus, verum etiam quia pia esse conspeximus, ut moris est Apostolici, ad tibi hæc impendenda amore Dei illecti, votis tuis favere decrevimus. Quapropter à præfenti sexta indictione jam dictum monasterium in Apostolica auctoritatis defensionem immo perpetuam recepimus tuitionem, et omnia prædia illius tam ea, quæ à gloriosis Principibus, vel alijs Christi fidelibus ibi collata sunt et concessa, quam illa, quæ deinceps præstante Domino conferri poterunt et concedi ibidem, sive mobilia sive im-

mobilia,

mobilia, confirmavimus, et ut à quolibet non usurpentur, invadantur, aut rapiantur, auctoritate Apostolica promulgamus, jubemus ac definimus, nihilominus inviolabiliter Apostolicam censuram ad nostræ mercedis augmentum decernimus, ut omnes atque omnem licentiam habeant monachi ejusdem monasterii talem de suis semper Abbatem deligere, qualem omnium vota concorditer postularerint, et sibi præficiendum fore, uno animo gratia Spiritus suffragante illic Domino famulantes voluerint, nec quisquam præsumat alienum seu extraneum illic unquam Abbatem constituere aut introducere. Sed sicut diximus tales de ipsa congregatione, qui eidem monasterio regulariter præsent, cum veltu de hac vita vocatus ad Dominum demigraveris, vel tempore succedenti ab unanimitate omnium eligantur, qui vitam et omnem monasterialem ordinem teneant, et cuncta cum timore Dei et reverentia regularis disciplina dispensare summopere faciant; statuentes Apostolica censura sub divini judicii attestazione, et Anathematis interdictum, ut nulli unquam parvo aut magno homini, cujuscunque sit dignitatis vel ordinis, liceat hanc nostræ auctoritatis, quam pio intuitu promulgavimus, sanctionem infringere, aut floccipendere, vel in toto sive in parte, quoquo modo violare; et si, quod non credimus, temerario ausu quisquam vel nunc vel unquam transgredi, contemnere, violare, aut hanc nostram præceptionem infringere præsumpserit, et non in omnibus observaverit, sciat se Anathematis vinculis inmodandum, et à regno Dei penitus sequestrandum. Qui autem verus custos hujus Apostolicæ præsanctionis studiosus observator extiterit, benedictionem et misericordiam vitamque æternam à Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Stephani Notarii Camera sacre Romanæ Ecclesiæ, Imperante Domino nostro piissimo perpetualiter Augusto Ludovico à Deo coronato magno Imperatore, anno XVIII, et post consulationem ejus anno vigesimo quarto, mense Octobris, Idibus sexta, benedictæ. Data Idibus Octob. per manus Sergii primicerii defensorum sancte sedis Apostolicæ.

Petavius in
Rat. temp.
lib. 6. c. 1.

Indictio sexta et si annum sequentem designet; ea tamen, quia à Septembri etiam inchoari consuevit, nihil hic fidei derogat; tamen Pontificia à Januario plerumque ducta: nec haud multò post eodem anno Calend. Novemb. excessit è vita Hadrianus, subrogato Joanne VIII, ut insequentem annum referri non possit.

Certabatur inter hæc altissima pacis tempora per Saxoniam passim in erigendis magnificis basilicis & sacrarum cedium fabricis. Ac postquam Corbeienſe templum jam perfectum erat, Adalgarius Abbas hoc anno ingentium turrium fundamenta jecit, quæ anno demum 885 à Luthardo cum infima parte templi consecrata. Longum de Parochiarum templis memorare, quando idem pietatis curam tamen in populo erat. Passim quæ lignæ & extemporaneæ erant structuræ à primis religionis exordijs, ex solido lapide magnificentius surgbant. Inter quæ ad fontes Almæ seu Alifonis in pago Almar-

Lib. tradit.
Paderb.

go Sidagus nobil
jecta lignea Eccl
te hereditatis in
consecratam rep
christianorum te
populus in paro
rum, reſectis stirp
primis Hildeſien
Mariæ dicantur ab
dedicationem in
Episcopus; ita en
Calendis Novembri
nervabilibus Episcopi
Theodorico, sed et
Monachorum et Ca

A

Multò hæc i
ſilicæ Coloniensis
postquam primu
comitia habuisset,
titum est, Aquif
Episcoporum con
quæ ad disciplin
tum præterea Basi
piscopus è ruderib
tus abſolverat, so
V Calend. Octob
tem Magna etiam
nodi interciderint
missa, tabulas vide
his uti liceat, bonis
perat statueratque
obtulit, & qui præ
publicum instrum
generalia referunt
niæ V Calend. O
illius xxxiii anno
Subſcripsere Epif

go Sidagus nobilis, opibus non minus quàm religione præstans, de-
 jecta lignea Ecclesia, aliam ex lapide reposuit, adjecta etiam tertia par-
 te hereditatis in dotem. Hanc à Luthardo in vetustis monumentis
 consecratam reperio. Nihil Ethnica Saxonie saxa ad splendorem
 christianorum templorum, eorumque multitudinem, postquam
 populus in paroccias divisus & numero augeri, & loca cultu agro-
 rum, resectis stirpibus & sylvis, replere cœperunt. At nobilis cum-
 primis Hildesienfis Basilica, quam Alfridus Episcopus B. Virgini
 Mariæ dicatam absolvèrat. Ad hujus consecrationem & solemnem
 dedicationem inter Episcopos adfuit Luthardus Paderbornensis
 Episcopus; ita enim chronicon Hildesienfe. *Anno 872. Indict. V in*
Calendis Novembribus dedicata est Ecclesia S. Mariæ in Hildenesheim à Ve-
nerabilibus Episcopis Alfrido ejusdem Ecclesia Episcopo, et Remberto atq[ue]
Theodorico, sed et Luthardo cum interventione religiosi Abbatis Adalgarii,
Monachorum et Canonicorum.

Luthardus
 interest
 consec-
 rationi
 Ecclesie
 Hildesi-
 enfis.

Annus Christi 873.

Joannis VIII. Pont. 1.
 Ludovici II. Imper. 18.
 Ludovici German. Reg. 33.
 Luthardi Ep. Pad. 14.

Multò hæc illustriora ex consequenti anno & dedicatione Ba-
 silicæ Coloniensis Ecclesiæ. Enim vero Ludovicus Germaniæ Rex,
 postquam primum Francofurti ac deinde Wormatiæ procerum
 comitia habuisset, in quibus de publicis negotijs salubriter consti-
 tutum est, Aquisgranum descendit, simulque Coloniæ celebrem
 Episcoporum conventum indixit, in quo sacrarum rerum causas, &
 quæ ad disciplinam cleri populique poscebantur, pertractari voluit:
 tum præterea Basilicam Coloniensem, quam Hildebaldus Archie-
 piscopus è ruderibus castelli Ubiorum educere cœperat, & Williber-
 tus absolvèrat, solemni ritu dedicari. Convenère igitur Episcopi
 V Calend. Octob. magna frequentia: Synodusque ob celebra-
 tem Magna etiam Coloniensis appellata. Verùm licet acta ejus sy-
 nodi interciderint, duo tamen ex ea possidemus ad posteros trans-
 missa, tabulas videlicet de libertate clericorum, & proprijs, quibus
 his uti liceat, bonis. Quæ, uti Guntharius Archiepiscopus conce-
 perat statueratque, ita Willibertus Patribus congregatis approbanda
 obtulit, & qui præsentès fuère Episcopi probavère. Quæ super re
 publicum instrumentum, quod Gobelinus, & acta Conciliorum
 generalia referunt, confectum est. Acta hæc memorantur Colo-
 niæ V Calend. Octob. sub piissimo Rege Ludovico, anno Imperij
 illius xxxiii anno Dominicæ Incarnationis DcccLxxiii Indict. 7.
 Subscripsère Episcopi, Willibertus Coloniensis, & Retholphus Tre-
 virensis

Annales
 Francor.
 Aimo 873.
 Gelasius in
 suffrag. Co-
 lon. Tom. 9.
 Concil. ge-
 ner. recent.
 edit. Parisi-
 ensis.
 Synodus
 Colon.
 cui inter-
 est Lu-
 thardus.

vitensis Archiepiscopi: Bernardus Viridunensis, Alfridus Hildesheimensis, Theodoricus Mimindensis, Gerolphus Firdensis, Luithardus Paderbornensis, Hildegimus Halberstadiensis, Hodolphus Migarnesfordensis, Lubertus Osnabrugenses Episcopi: Ad hæc quinque presbyteri. Quæ Adelwinus Diaconus ad vicem Adeloldi presbyteri atque Cancellarij subscripsit.

Scio equidem hanc synodum actaque ejus ab Annalibus Francorum referri ad annum 870, à Sigeberto verò ad annum 871. Verùm si quis hæc ipsa, quæ recitavimus, acta ex Gelenij Bibliotheca, & codice Hermannii de Wesalia Canonici ac viri eruditi, quem Fridericus Imperator lauto sacerdotio exornavit, producta expendit, ad hunc annum revocanda sunt. Præterquam quòd Wilibertus Archiepiscopus hoc ipso anno primùm à Joanne VIII Pontifice pallio Archiepiscopali decoratus, quemadmodum à Baronio relatam est, ut jam synodo rite præsidere possit; opinorque ex anno Incarnationis rectè adscripto annum Ludovici Imperatoris in Francia orientali inchoatum. Indictio septima assignatur à Gelenio, quæ sexta esse debet, nisi jam à Septembri inchoata dicatur.

Alterum quod ex hac synodo inter monumenta Westphaliæ accepimus, est fundatio illustris Parthenonis Assindensis seu Essendensis. Nam postquam ea ab Alfrido Hildesensium Episcopo ac Conditore viroque sanctissimo congregatis in synodo Patribus et oblata, uno omnium consensu approbata & confirmata est. Tabulas foundationis, quando nec à Gelenio, nec in concilijs generalibus integrè recitantur, & posteritate digna exhibent, tam ad Conditoris pietatem, quàm Sanctimonialium institutum cognoscendum, hic recitare visum; quando & Luithardus Episcopus noster hoc institutum Sanctimonialium Virginum ita rursus approbavit, quemadmodum ipse Herisense cum sorore jam antè condiderat, ut pariter religionis ardore hi duo integerrimi & conjunctissimi Episcopi ducti videri possint. Literæ sic habent.

Alfridus Dei disponente providentia Hildesensis Ecclesia Antistes. Cum inter immensas Dei Patris miserationes, quibus humanum genus gratuita pietate relevare dignatur, præcipuè eam, quæ constat consubstantialiter coeternum ejus filium pro nobis incarnatum et crucifixum fuisse, ad memoriam reducerem, circa me verò specialiter divitias bonitatis ejus non sine admiratione perpenderem, qui me nullis exigentibus meritis de sordibus levatum inter Principes Ecclesia considerare, et solum gloriæ tenere fecit, tantis ejus beneficiis ingratus apparerem, quid retribuere Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, diu multumque mecum cogitare ceppi. Tandem inspiratum ex divina, ut credo, inspiratione occurrit animo, sanctissimam et semper Virginem Mariam unicum et singulare præsidium peccatorum post Deum esse, cui si quid venerationis impenderem, id et Deo fore gratum, et anima mea

Essendensis Parthenonis fundatio stabilitur. Ex Archiv. Essend.

ejus patrocinanti
naq; Dei gratia in
Individua Trinitate
SS. Martyribus
donante possideban
ni et tam anima,
dum Sanctimonialia
necessaria provide
eidem ex eadem pr
electione Abbatiss
Adriani sanctum
tio, nec ullo omni
Eis sanctimonialit
potissima, ejusdem
communi omnium
suis Sororibus præ
dis suis rebus impo
Possessiones Eccles
biles quam immob
Abbatissa procure
scribat utilitate,
communibus earum
silio vel utilitate al
ptis sanctimoniali
quæ vero sanctim
vel à se emptum, et
nihilominus ex om
rat, neque ullo mo
bitrio eandem dom
dem Ecclesiam per
sive vitæ, quocunq
vientibus constitui
nem Abbatissa larg
tum eandem possess
tutis prius omnibu
debantur ea die qu
nat, aut aliquis am
Constituimus etiam
ditionem in civita
intruncationem m
nis Dominice D
perii ejus XXXV
die dedicationis ba

eius patrocinantibus me meritis arbitratus sum profuturum. Opitulante
 itaq; Dei gratia in prediolo meo, quod *Affinde* vocatur, in honore sanctæ et
 Individuæ Trinitatis consecratam, sanctæque semper Virgini Mariae, et
 SS. Martyribus Cosma et Damiano dicatam Ecclesiam his, quæ Domino
 donante possidebam, construxi, in qua ad immaculatum sacrificium sanctimo-
 niam animæ, quam corporis Deo in cordis et Spiritus contritione offeren-
 dum Sanctimonialium congregationem coadunare, eique victus et vestitus
 necessaria providere; Spiritualem quoq; matrem, quæ regulariter præsideat,
 eidem ex eadem præficere curavi. Ne verò post mei excessum futuris seculis de
 electione Abbatisse dissensio oriatur, ex decreto Sergii Papæ, et ejus Successoris
 Adriani sancitum est, et eorum privilegium confirmatum, ut nec preces, nec pre-
 tio, nec ullo omnino unquam modo alterius congregationis sanctimonialis di-
 ctis sanctimonialibus præponatur, sed quæcumq; ex eisdem, et in Dei servitio
 potissimâ, ejusdem Ecclesiæ rebus justè disponendis aptissima reperiat, hæc ex
 communi omnium ibidem Deo famulantium electione secundum Dei timorem
 suis Sororibus præficiatur. Quod tamen consuetudinarium jus tam ministran-
 dis suis rebus imposuerim, et perpetualiter offerendum velim, paucis absolvam.
 Possessiones Ecclesiæ traditas vel tradendas, interiores vel exteriores, tam mo-
 biles quam immobiles cum consilio Deum timentium summa cum diligentia
 Abbatisa procuret, reditusq; earum tam in sua, quam in Sororum æquabili di-
 stribuat utilitate, id summopere cavens, utpote Deo rationem redditura, ut de
 communibus earum rebus ne vel unam minimam præbendam absq; earum con-
 silio vel utilitate alicui tradat, ne, quod absit, penuria familiaris rei urgente ru-
 ptis sanctimonialibus habentibus liberius hæc vel illac absque Dei timore vagentur. Si
 quæ vero sanctimonialis ibidem habet propriam domum, aut aliud ædificium
 vel à se emptum, vel dono sibi datum, vel aliquas res undelibet justè acquisitas,
 nihilominus ex omnibus suprædictis neq; Abbatisa neque aliquis alius ei aufe-
 rat, neque ullo modo auferendum suadeat, sed eadem sanctimonialis libero ar-
 bitrio eandem domum, et cuncta quæ inibi possidet, sorori suæ vel amico ad ean-
 dem Ecclesiam pertinenti, absque ullius contradictione, seve morti sit proxima,
 seve vitæ, quocumq; modo voluerit tradat. Id ipsum vero et clericis ibidem ser-
 vientibus constitutum, si quis antedictam earum aliquam Ecclesiæ possessio-
 nem Abbatisa largiente susceperit, tali suscipiat conditione, ut post ejus obi-
 tum eandem possessionem Ecclesiæ absque ullius contradictione suscipiat, resti-
 tutis prius omnibus tam mobilibus quam immobilibus rebus, quæ in illa esse vi-
 debantur ea die qua ipse eam suscepit, aut ipsa vivens, pro ut voluerit dispo-
 nat, aut aliquis amicorum ejus post illius mortem pro salute animæ distribuât.
 Constitutum etiam ut nullus hominum vel advocatus aliquis aliquam juris-
 dictionem in civitate prænominata habeat, excepta Abbatisa *Affindi*, præter
 intrusionem manuum, vel armorum proclamationem. Anno Incarnatio- * LXXIII
 nis Dominicæ DCCCLXXVII * sub piissimo Rege Ludewico anno im- * XXXIV
 perii ejus XXXVI * apud Coloniam civitatem V Calend. Octobr. in ipso
 die dedicationis basilicæ S. Petri. Ego Alfridus Episcopus hoc privilegium
 Z coram

coram Domino Wiliberto predictæ civitatis Archiepiscopo recitari, nec non coram Luitberto Moguntiacensi Archiepiscopo, et Bertolfo Treverensi Archiepiscopo, et Berharo Virdunensi Episcopo, atque Tiederico Mimidonen Episcopo, et Herolfo Ferdensi Episcopo, et Luitbaro Paderbornensi Episcopo, atque Hildegrimo Halverstadiensis Episcopo, et Odolfo Mimigernafurdensis Episcopo, et Othiboldo Trajectensis Episcopo, et coram Luitberto Osnabrugensi Episcopo, nec non coram aliis quamplurimis sacri ordinis viris, qui ob supra dictæ Ecclesiæ dedicationem convenerant.

Hiscæ ex tabulis recognosceret quis facillè mecum, Essendientes Virgines à prima sua origine & instituto sanctimoniales fuisse, quales Hervordientes, Bodecenses, Herisfenses, Gandersheimenses, & passim per Saxoniam ex concilio Aquigranensis præscripto canonicas introduximus, à quibus diversum fuit monacharum institutum, ex rigidiori D. Benedicti disciplina. Quocirca Alfridus hisce tabulis facit potestatem testandi donandique res suas, quamvis non nisi sacris Deo hominibus, ne in profanum usum averlæ cederent. Prima Antistes Gerswindæ; crediturque Soror Alfridi fuisse, Onnone patre, & Rheinharde matre nobilibus nata, Et pari studio: quo Luitardus Episcopus sororem suam primam Herisfensem Antistitem, ille Gerswindam esse voluit. Ac tametsi Alfridus ex Corbeiensis monacho Episcopus creatus: hoc tamen institutum Virginum commendavit; quando pari adhuc disciplina vitæ ac rigore cantabant intra claustra Collegiorum Canonici, & cameræ virgines; donec posterioribus sæculis ab utrisque discessum in laxiorem vivendi rationem, primæ institutioni minus consentaneam, quod omnium penè religiosorum ordinum commune fuit malum.

Ceterum qui huic synodo Coloniensi interfuisse in utraque tabula memorantur, suis sibi nominibus ac fastis satis constant. Verum quis ille Odolphus Mimigernafurdensis, & Lubertus Osnabrugensis Episcopus, nusquam in fastis eorum reperio. Quanquam hunc errorem, qui ex corrosis tabulis irrepit facillè correxeris, si pro Odulpho Bertholfum Luberti in Monasteriensis Cathedra Successorem, & pro Luberto Osnabrugensi Episcopo Egibertum reponas; hunc enim ex Herisfensium tabulis jam anno Christi 868 Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopum supra introduximus.

In hoc ipso celebri Episcoporum congressu Basilicam Coloniensem à Wiliberto ceterisque Episcopis solempni ritu consecratam fuisse, cum Annales Francorum, tum satis ipsæ Wiliberti Archiepiscopi consignatæ tabulæ commonstrant; in his ita Wilibertus. *Hujus itaq; ordinationis et concessæ electionis decretum conscriptum jussimus in conspectu totius synodalis conventus publicè recitari, quem simul nobiscum hodie die collectum habuimus, ob nostræ Ecclesiæ dedicationem faciendam, et ob plurima divina tractanda negotia.* Utrumne Ludovicus Germaniæ Rex

Rex, quem Aquicesserit, & sua pietatem dedicatione abhinc consecuta illa à D. Ludgero atgrimo, Gerfridolberto Coloniense ta. Quod ipse tab

Per id tempus mensium monasterium ex paternis bonis secretum Deo. Todus Archicancellus Episcopo nostro

Inter hæc per mania Regis sine hoc anno offert, cessurus filius. Cunt, quorum aliter Prius sic habet.

In nomine sancte gratia Rex. Compositi status aliqua occasione sub majori prosperitate acquiritur. Quapropter nostrorum, actionibus publicis patiamur, et de his præceptis non contumaciter dubietatem. tis ævi quam successerit monasterium jussu Stephani protomartyris corpore est B. Viti ca exactionis officii minibus terram ejus prehensum existimandum dominicatis ejusdem tan monasterii daretur profapia ejus, ut viciniam defuncti in scopos, utrum nam concessum sit: quantum Rex

Rex, quem Aquisgrani per id tempus fuisse diximus, Coloniā accesserit, & sua praesentia, quod verisimile habeas, synodum & celebritatem dedicationis exornarit, nullus scriptorum prodidit. Biennio abhinc consecuta dedicatio Werthinensis Basilicæ. Cœpta quidem illa à D. Ludgero, sed à nepotibus Episcopis Hildegimo seniore, Thiatrimo, Gerfrido, Alfrido, & Hildegimo absoluta; ac tandem à Wiliberto Coloniensi Archiepiscopo, atque ipso Hildegimo consecrata. Quod ipse tabulæ à Wiliberto relatae docent.

Per id tempus fundatum est in Westphalia nobile Gerresheimensium monasterium Virginum à Regenberga Gerrici militis filia ex paternis bonis, quod à Wiliberto Coloniensi Archiepiscopo consecratum Deo. Tabulas donationis praeter alios consignavit Luthardus Archicancellarius; quem tamen diversum dixeris à Luthardo Episcopo nostro.

Inter hæc pietatis & liberalitatis studia, Ludovici quoque Germaniæ Regis singularis beneficentia in Corbeiensis Monachos se hoc anno offert; tanquam Patri Ludovico pio conditori nihil concessurus filius. Quam in rem bina donationum diplomata suppetunt, quorum alterum mense Junio, alterum Septembri consignatum. Prius sic habet.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis HLudovicus divina favente gratia Rex. Convenit Regia dignitati semper studere, ne Ecclesiarum Christi status aliqua occasione labefactari incipiat. Ex hoc enim et praesens vita sub majori prosperitate transigitur, et æternæ beatitudinis merces maxima acquiritur. Quapropter expedit nobis sæpius retractare concessiones antecessorum nostrorum, simul et nostra præcepta de immunitate Ecclesiarum ab exactionibus publicis confirmare, ut et quæ prius concessa sunt nusquam infringi patiamur, et de his, quæ forte minus expresse annotata sunt, et ideo in antiquis præceptis non contineri contenditur, per novorum consecutionem omnem in futurum dubietatem tollamus. Notum ergo esse volumus omnibus tam presentis ævi quam succedentium temporum Christi fidelibus, quia novæ Corbeia monasterium jussu gloriosi Genitoris nostri constructum est in honorem sancti Stephani protomartyris Christi, atque per voluntatem ejusdem Imperatoris corpore est B. Viti Martyris insignitum. Sed et ex integro ab omnibus publica exactionis officis et expeditione hostili tam de litis quam de ingenuis hominibus terram ejus incolentibus absolutionem promeruit, in quo et nos comprobentur existimavimus, et hæcenus observatum comperimus, ut decimæ de dominicatis ejusdem monasterii mansis non darentur Episcopis. Sed ad portam monasterii darentur in elemosinam præfati Genitoris nostri, et totius profapie ejus, ut videlicet esset unde ministraretur peregrinis et hospitibus, quæ nunquam desunt monasterio; nunc vero exorta questione per quosdam Episcopos, utrum nam hoc eidem monasterio Genitoris nostri nostroque præcepto concessum sit: quanquam, ut ipsi dicunt, nominatim non sit, expressum, sub generali

nerali tamen confessione libera dispositionis rerum suarum etiam hoc comprehensum fatemur. Sicut et seniori Corbeia, ad cuius normam hæc nova instituta est, et præcipuis quibusque monachorum monasteriis antecessores nostros concessisse comperimus, et ne deinceps hinc aliqua dubietas fiat, rogatu venerabilis viri Adalgarii Abbatis ejusdem monasterii per hoc nostræ potestatis præceptum decernimus atque iubemus, ut et omnia, quæ prius habuit, immunitatis præcepta rata et inconvulsa habeantur, et per hanc conscriptionis nostræ Cartam specialiter ei concessum sciatur, ut de Dominicatis mansis vel nunciis habitis, vel post acquirendis, à reddendis decimis plenam hoc monasterium habeat immunitatem, nisi sicut hæctenus fuit, ut dentur ad portam monasterii in susceptionem hospitum et peregrinorum. His omnibus ad stipulari recens Adriani Apostolici præfati Abbati collatum privilegium cognovimus, dum huius apud nos controversiæ quæstio ventilaretur. Et ut hæc auctoritas nostræ largitionis firmior habeatur, atque per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, manu propria subter eam firmavimus, atque annuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domini

HLudovici Serenissimi Regis.

Hebarhardus Cancellarius ad vicem Ludovici archiepiscopi Capellani recognovi et scripsit.

Data XVI Calend. Julii, anno ab Incarnatione Dominica DCCCLXXIII, Regni autem Domini HLudovici Serenissimi Regis in Orientali Francia regnante anno XXXIIII, Indict. VI, actum Aquisgranensi palatii in Dei nomine feliciter amen.

Et villam
Lizzicham
iisdem
domino
donavit.

Alterum verò ejusdem liberalitatis argumentum hisce tabulis consignatum est.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, HLudovicus divina favente gratia Rex. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quidam conferimus beneficii, et necessitates Ecclesiasticas nostro relevamus juramine, atque Regali tuemur munimine, id nobis et ad mortalem vitam temporali-ter transigendam, et ad æternam vitam feliciter obtinendam profuturum quando credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum sollertia, qualiter Nos ob nostræ mercedis augmentum, et pro remedio animæ Domini avi ac Genitoris nostri, nec non fratris nostri HLotharii suiq. filii et æquivoci concessimus quasdam res proprietatis nostræ ad monasterium situm in Saxonia, quod nuncupatur nova Corbeia, id est Villam, quæ vocatur Lizzicha, ubi sunt homines L. qui picluras faciunt et picluras Vinearum, quinquaginta et septem particula Vinearum. Ubi duntaxat Carrada colligi possunt, et sunt ibi 30 femina, quæ dant censum, unaquæq. sex ficlas vini, et de lino XII fusas III pullos, et XV ova, et de terra aratoria ad L modios, et de pratis ad Carradas X. Has itaque præscriptas res cum omni integritate totum et ad integrum ex jure et dominatione nostra in jus et domi-

dominationem p
videlicet ratione
præceptum pleni
auxiliante, perpe
ne, vel eis pro no
tiam facilius ex
habeatur, et per f
tius observetur, n
impressionem assign


Signum

Data VII Calend.
Serenissimi
Aquisgran

An

Ab hoc de
Carolus Crasti
scopi nostri offe
studines, quas
dovico German
II Imperatore, J
Germaniam reg
tium legati, con
rem Saxonia no
hil diu stabile, ac
lo cœpit, non fir
libus radijs spect
perator, Lothari
sidi civilisque be
reliquisset. Car
te, festinatis itine
tre, in Italiam av
repturus. Id cū
Regem & Carolu
(alter enim Bojar

dominationem prescripti monasterii tradimus atque transfundimus; Ea videlicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps per hoc nostræ auctoritatis præceptum plenius in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, sed Deo auxiliante, perpetuis temporibus ibi permancant, absque ulla contradictione, vel eis pro nostra ac Conjugis carissimæ prole, salute Domini clementiam facilius exorare delectet. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmior habeatur, et per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus et annuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum  Domini HLudovici Serenissimi Regis.
Hebbarhardus Cancellarius ad vicem Luitberti
Archicapellani recognovi et ss.

Data VII Calend. Octobris anno XXXVIII regni Domini HLudovici Serenissimi Regis in orientali Francia regnantis. Indict. VI Actum Aquisgrani palatii in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 874. 75.

Joannis VIII. Pont. 2. 3.
Ludov. II. Imp. 19. 20.
Ludov. Germ. Reg. 34. 35.
Luthardi Ep. Pad. 15. 16.

Ab hoc deinceps anno 874, qui sequitur, ad annum 885 & Annales Francorum à Pithæo editi. Regno. Carolum Crassum Imperatorem nulla se memoria Luthardi Episcopi nostri offert. Multi interim Regum obitus, & rerum vicissitudines, quas nosse juvat. Inter Carolinæ stirpis Reges nullus Ludovico Germaniæ Rege potentior, quem præ ipso etiam Ludovico II Imperatore, Italiæ propè Regno incincto, Monarcham tot per Germaniam regnorum appellare licebit, ad quem præ ceteris gentium legati confluxere, aut pacem aut fœdera poscentes. Eam ob rem Saxonia nostra hæcenus tam pacata: Verum ut in humanis nihil diu stabile, ad arma rursus hæc concitari, ac intestino turbati bello coepit, non sine fatali cometæ prænuncio, qui mense Julio crinibus radijs spectatus. Inde enim mense Augusto Ludovicus II Imperator, Lotharij filius, ac Rex Italiæ, morte subtractus, novum disfidij civilisque belli incendium dedit, quod nullum heredem filium reliquisset. Carolus Calvus Rex Galliarum, compertâ nepotis morte, festinatis itineribus, inconsulto Ludovico Germaniæ Rege ac fratre, in Italiam avolavit, Regnum illud & augustalia ornamenta prærepturus. Id cum indignè ferret Ludovicus Rex, Carolomannum Regem & Carolum filios cum exercitu in Italiam festinare imperat. (alter enim Bojariæ, alter Sueviæ Rex cognomento Crassus jam nominatus

An. 875.
Annales Francorum. Ludovici Imp. obiit. Germania turbatur.

minatus erat.) Ab his claustra Alpium penetrata, infessaque, nè Carolo reditus pateret, Quibus territus Carolus Rex Gallia, qui lepore timidior, in iuventute virum, in senio puerum egisse scribitur, ad callidas pro more artes conversus, Carolomanno præter auri & gemmarum dona, sancta omnia obtulit. Interim Romam profectus, & Joannem VIII Pontificem sibi demeritus, Imperator coronatus. Simul per idtempus Ludovicus Germaniæ Rex cum Ludovico filio armatus Galliam ingressus. Ibi cum Germanus miles à prædis & vastatione contineri non posset, Rex misertus populi calamitates, ultro Gallia excessit.

Annus Christi 876.

Joannis VIII Pont. 4.
Caroli Calvi Imper. 1.
Ludov. Germ. Reg. ultimus.
Ludov. II. filii Germ. Reg. 1.
Luthardi Ep. Pad. 17.

Francor.
ann.
Regino.
Aimoinus.
Sigbertus.

Ne tamen Carolo Calvo, homini callidi vastique ingenij, omnia pro libidine regnandi relinqueret, Francofurti procerum conventum indicit; ex quo mense Julio Wilibertus Colonienfis Archiepiscopus, Adelardus & Menigardus Comites missi ad Carolum, postulatum, ut Italia Regnum cum filio Ludovico divideret, & cum eo augustale nomen communicaret. Sprevit hoc primum Carolus, & Græcorum Imperatorum habitu tumidus, minari etiam ausus est, se tantum brevi armatorum multitudinem adducturum in Germaniam, quæ Rhenum exhaustura esset, daturaque per siccum fluminis alveum militi transitum. Ingentes sed vanæ minæ; postquam enim à Ludovico Rege ac filiis didicit exercitus contrahi, metu percussus, legatos misit pacem petiturum. Inter hæc Ludovicus Rex post amissam Ratisbonæ Emmam Reginam, insignem Corbeienfis & Herivordienfis monasterij benefactricem, & ipse Francofurti v. Calend. Septem. mortalitatem implevit, justitia & pietate, civili prudentia & militari gloria clarus: fratrum certè integerrimus & gloriosissimus Rex, ut Regino compellat: longè etiam ceteris bellicosior, terrorque barbararum gentium. Cujus hoc etiam Helmodi presbyteri elogium: *Noster, inquit, Ludovicus, Rex scilicet Germaniæ, Nortmannos federibus sive præliis hoc modo retinuit, ut cum Franciam totam vastaverint, regno ejus vel minime nocuerint. Post cuius mortem effera barbaries laxis regnabat habitibus. Nam Boemi, Sorabi, Sassi et Slavi, quos ipse tributis subjecerat, tunc servitutis jugum excusserunt. Quas verò deinde clades intulerint Saxoniam, haud multo post memorabitur.*

lib. 41. c. 7.

Igitur

Igitur ex morte Ludovici Regis orta novi belli flamma; ea si-
quidem cognitâ cœpit Carolus promissa retractare, & totam Lo-
tharingiam, veterem videlicet Austrasiam, ad Rhenum usque sibi ven-
dicare; eò quadraginta millium exercitu contracto Aquisgranum
advolat, ac Regni sede istic occupatâ, Coloniam properat, castraque
circa urbem explicat; quò & omnes Regni Optimates ad jurandam
fidem evocati. Quædum perfidè agit Carolus, aberat Ludovicus
funere patris Francofurti occupatus, aberant & reliqui fratres. Ca-
rolomannus facta expeditione in Italiam ierat; Carolus in Suevia
procul agebat. Nec segnis adhæc Ludovicus, nec abjectus, mittit
primum legatos ad Carolum Calvum, rogatum, ne contra fidem
patri juratam filio hereditatem tyranni in modum eripiat. Quibus
Carolus respondit, se cum patre non cum filiis transigisse, sibi hæc
omnia superstiti ac seniori Ludovici pij Imper. filio jure deberi. Inter
hæc Ludovicus exercitum colligit ex Francis Orientalibus, Thuringis,
& Saxonibus, quocum ex adversa Colonia ripa confedit. Castris
utrimque oppositis, Ludovicus etiam cum robore exercitus inter
Confluentes & Andernacum Rhenum transit, castraque ad Ander-
nacum firmat. Quo comperto, Carolus Calvus pro ingenio ad frau-
des conversus, mittit legatos ad Ludovicum, per quos pacis tracta-
tionem offert, quo securum & incautum obrueret; cum ipse in-
terea promotis castris cum 8000 armatorum Rheni ripam ascen-
deret. Et obrutus fuisset Ludovicus, nisi Wilibertus Coloniensis
Archiepiscopus, misso ad Ludovicum Hardivico presbytero, do-
lum & præfens periculum significasset. Ludovicus de insidiis cer-
tior factus, copias contrahit, arma arripit, aciem instruit, & quo sui
se ab hoste dignoscerent, nondum orto die pugnatos, indusio lin-
teove candido humeris injecto, procedere jubet. Ita ventum ad pu-
gnam 8 Idus Octob. in pago Meghinensi haud procul Andernaco. Sax-
ones in prima fronte collocati prælium ordiuntur, in quos cum to-
ta vis incumberet, coacti pedem referre. Laborantibus successere
Franci Orientales, tantoque ardore investi sunt in Gallos, ut cæsis
passim obvijs ad signa penetrarent. Inter primos trucidatus Regi-
narius Comes, raptaque è manu ejus Aquila, prætorio quod gesta-
bat signo; tum verò disjecti ordines, & per cædes grassatum in fu-
gientes: quos cum in angusta viarum compulissent, alijs super alios
ruentibus nova strage sævitum. Carolus Imperator ægrè cum pau-
cis elapsus, reliquum exercitum à rusticis per agros obruncatum
agnovère hostes divina vindicta premi, quando ad calcaria resti-
tantes equi, loco moveri non poterant. Provocarat nimirum Ludo-
vicus post publicas preces, jejunia, supplicationes ad superos testes
& judicem causæ suæ Deum, cujus deinde ope tam insignem vi-
ctoriam reportasse creditur. Quod & fero tandem agnovit Carolus

Im-

Ex quo
novæ
in Ger-
mania
turbæ.

Ludovi-
cus R. Ca-
rolum
Imp. fau-
sto ad An-
derna-
cum præ-
lio vincit.

ue, né Ca-
e, qui lepo-
ribitur, ad
uri & gem-
profectus,
coronatus,
ovico filio
à prædis &
alamitates,

ue ingenij,
i procerum
icnfis Archi-
arolum, po-
eret, & cum
mum Caro-
ari etiam au-
ucturum in
e per siccum
minæ; post-
ontrahi, me-
e Ludovicus
nem Corbei-
ipse Franco-
ia & pietate,
integerrimus
n ceteris bel-
iam Helmolt-
ilicet Germa-
ut cum Fran-
Post cujus
i, Sorabi, Suf-
n excusserunt.
ulto post me-

Igitur

Imperator in Galliam profugus. Ludovicus inde primum Aquisgranum, deinde Francofurtum triumphans ingressus. Ubi mense Novembri inter fratres denuo stabili regni paterni facta divisione, Carolomanno natu majori celsit Bojaria, Pannonia, Bohemia, Moravia, Carantanum: Ludovico Francia Orientalis, Thuringia, Saxonia, Frisia, & pars maxima Lotharingæ: Carolo cognomento Crasso Suevia & superior Lotharingia.

Annus Christi 877.

Joannis VIII Pont. 5.

Caroli Calvi Imp. 2.

Ludovici II German. Regis 2.

Luthardi Ep. Pad. 18.

Francorum
Annales.
Regino.
Mortur
Carolus
Calvus
Imp.

Ab hac clade non multum superstes Carolus Calvus Imperator. Iteratis enim literis à Joanne Pontifice adversus Saracenos per Italiam grassantes imploratus, frigidè expeditionem suscepit. Et Italiam quidem ingressus est: ac ubi nunciatum, Carolomannum cum exercitu Longobardiam jam intrasse, pavore solutus in Gallias se recepit, & vix Alpium juga ingressus, morte decessit; regno in Ludovicum filium, cognomento Balbum (ita ob impedimentum linguæ appellatus) quem unicum reliquerat heredem, devoluto. Hæc jam tempora, cum antè à virtutum præconio Magni, Pij, Bellicosi dicerentur, post à vitio corporis Calvi, Crassi, & Balbi appellati sunt. Tum verò Carolomannus multis Imperatorij virtutibus exornatus, ut eum Regino commendat, Italiam occupat. Balbo satis fuit transfigere cum Carolomanno ac ceteris ejus fratribus, quo Regnum Gallia retineret. At Ludovicus Rex Germaniæ, excelsi animi Princeps, postquam Francofurti comitia procerum habuerat, captivos omnes ultro remisit in Gallias. Inde armis in Slavos ceterosque trans Albim barbaros conversis, ad pacem & tributa adegit: simul patris majorumque exemplo, patrocinia religiosorum virorum suscepit; cujus rei argumentum esse potest diploma, quo Werthinensi cœnobio omnia jura & privilegia confirmat. Id tale est: ex tabulario ejus nobis productum.

Ludovicus
R. Germ.
confir-
mat privi-
legia
Werthi-
nensium.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Ludovicus divina favente gratia Rex. Si petitionibus fidelium præsulum sanctæ Dei Ecclesiæ iusta et rationabilia petentium acquiescimus, hoc sine dubio ad æterna remuneratio- nis præmia capeffenda profuturum esse liquido credimus. Quapropter noveris omnium fidelium nostrorum tam presentium, quam futurorum industria, qualiter Hildegimus Halberstadiensis Ecclesiæ Episcopus quoddam monasterium Werthina nuncupatum competitione fratrum ibidem Deo servientium nostro commendavit patrocinio et nostræ defensionis tuitioni, rogans, id ipsius exposcentibus fratribus, ut iam dictum monasterium sub sua constet potestate à tempore

à tempore vitæ suæ, ceptis potestatem habere sciat. Nos etiam assensum præbimus, quod decessimus a maneat. Homini- bus iudex publicus præfati monasterii jure tione securi perman- ratiocinandum, vel neant et abique. Et futuro tempore à manu propria subter- jussimus

Sig-
Waltherus Cancell.
Data xi Cal-
Anno primo
Alchim Bise,

Huic alterum cor-
heimense monast-

*In nomine sa-
gratia Rex. Si libera-
rimus, et necessitates
lituener munitione
dam, et ad æternam,
propter noverit omni-
rum industria, quali-
gestorum, et ob nostr-
garda, ac carissima p-
um, quod dicitur Ge-
S. Stephani protoma-
dicitur Tengstede, et
gia, in Comitatu Ott-
stvis, cultis et incu-
bus cum adiacentibu-
tas Villas jure ac leg-
dei inceptus Abbatissa
voluerint, liberam a-
sua qualibet postero
cessionis præceptum
concesso scripto conti-
currere se, nullo mo-
tempore*

à tempore vite suae, et post discessum ipsius monasterii praedicti fratres deinceps potestatem habeant inter se eligendi Abbatem, qui eos regulariter procurare sciat. Nos etiam petitionibus jam facti Episcopi et praedictorum fratrum assensum praebuimus, et iussimus fieri hoc nostrae auctoritatis praecipuum, per quod decernimus atque iubemus, ut praefata petitio firma stabilisque permaneat. Hominibus itaque praedictorum fratrum nulla iudiciaria potestas vel iudex publicus praesit: non ab iis sedae seu paratae accipiende exigantur: praefati monasterii fratres hominesque ipsorum ab omni vectigalium exactione securi permancant: eorum ad vocato, quem Abbas constituerit, si quid est ratiocinandum, vel corrigendum fiat, et immunitatis tuitione semper permancant et ubique. Et ut haec auctoritas assertionis nostrae firmiter habeatur, et futuro tempore à fidelibus nostris melius credatur, et diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus et annuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Ludovici Serenissimi Regis.

Waltherus Cancellarius ad vicem Luthberti Archiepiscopi recognovi.

Data XI Calend. Junii, Anno Domini Incarnationis DCCCLXXVII

Anno primo regni Ludovici Regis in Orientali Francia regnantis,

Actum Bisestadt in Dei nomine feliciter Amen.

Huic alterum conjungas liberalitatis monumentum, qua Gandersheimense monasterium Virginum Diocesis Hildesimensis cumulavit.

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis, Ludovicus divina favente gratia Rex. Si liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus, et necessitates Ecclesiasticas nostro sublevarimus iuramine, atque regaliter munitione, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam, et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum, tam praesentium quam futurorum, industria, qualiter pro remedio animarum piissimorum antecessorum Augustorum, et ob nostrae mercedis augmentum, nec non pro dilecta conjugate Lutgarda, ac carissima prole nostra, quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium, quod dicitur Gandesheim, concessimus, quod est constructum in honore S. Stephani protomartyris, et in nostro constat patrimonio, hoc est in villa, quae dicitur Tengstede, et in villa quae dicitur Erike, in pago, qui vocatur Suthuringia, in Comitatu Ottonis, cum domibus, aedificiis, campis, agris, pratis, pascuis, sylvis, cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, vis et in vis, accessibus cum adjacentibus finibus, exitibus cum regressibus, et quidquid ad praefatas Villas jure ac legitime pertinere videtur, ita ut quidquid ab hodierna die deinceps Abbatissa et Sanctimoniales feminae praefati monasterii inde facere voluerint, liberam ab omnibus perpetualiter habeant potestatem. Si vero persona qualibet posterorum nostrorum, quod minime credimus, hoc nostrae concessionis praecipuum irrumperere tentaverit, et immunitatis et electionis à nobis concessio scripto continetur, violandum decreverit, omnipotentis Dei iram incurere se nullo modo dubitet, et coram justo iudice in tremendo examinis die

Et benefacit Monasterio Gandersheimensi.

serationem inde redditurum minimè ignoret. Et ut hæc nostra concessionis auctoritas firmiter habeatur, et per futura tempora à fidelibus nostris melius observetur, veriusque credatur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione signari iussimus. Datum V Idus Febru. Indi. 10. Anno incarnat. Domini nostri Jesu Christi 877 Anno primo Serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Actum Francofurti in Dei nomine feliciter Amen.

Sustulit hic annus è numero Saxonorum præsulum Alfridum Hildesensem Episcopum, quem Luthardus Episcopus noster sibi conjunctissimum semper habuit, ob viri religionem, sapientiam, & vitæ sanctimoniam. Nam & primaria Westphaliæ nobilitate ortus, vitam primò apud nos inter Corbeiensis Monachos elegit; ex quo sacro cœtu ob virtutum eminentiam Hildesensium Episcopus delectus, præclare annis 30 sedi illi præfuit. Ab eo etiam Basilica Hildesensis opere magnifico constructa dedicataque fuit. Ac præterquam quod dioecesim multis prædijs & bonis locupletarit, condita sunt ab eo duo illustria Virginitatis collegia, Essendicenses & Salingenstadenſe; dotatumque præterea ab eo multis bonis Gandersheimense monasterium, ut facti Hildesensium celebrant. Quanquam longè pulchrius opus, Clerum sanctissimis institutis à se formatum Successori reliquisse. Hæc enim per id tempus omnium integerrimorum Episcoporum prima cura erat. Quare si unquam, Collegia Sacerdotum & Canonicorum tum florentissima spectabantur. Ob hæc virtutum studia & opera Alfridus ipse magno apud Ludovicum Regem in honore erat, multis legationibus publicis pro Rege functus. Quam vivus sanctitatis famam meruerat, ea etiam post obitum illustrata miraculis proditur. Subrogatus Alfrido ex eodem cœnobio Corbeiensis Ludolphus, vir eximie virtutis & expectationis; quem tamen mors, priusquam Episcopus consecraretur, subtraxit. Inde ex eodem cœnobio & Seminario Episcoporum sublectus Marquardus, quem haud multò post clades Ebberdorffiana sustulit.

Crantzius ad hunc quoque annum retulit funus Ludolphi clarissimi Ducis Saxonie & bellatoris pro christiana religione adversus barbaros, de quo supra relatam. Hujus filij Bruno, Tancquardus & Otto Dux magnus, ex quo genitus Henricus Rex Ottonis M. patres. Multis Ludolphi præclara facinora celebrant Saxonum Scriptores. Nobis vel ex eo commemorandus, quòd Westphaliæ & Angariæ magnam partem Ducis imperio complexus, Luithardo Episcopo nostro hæc regiones ab hostibus intactas servavit. Cùm Reges civilibus inter se bellis decertarent, jam Ludolphi filia Luitgardis Ludovico II Germaniæ Regi in Matrimonium data erat. Adeo & ipsa Ludolphi familia clara erat, & connubio in regiam familiam penetrarat.

Obitus & genus Ludolphi Ducis Saxonie. Widekindi lib. 1. Ann.

Ann
Prospera a
vici II Regis pro
modò in palati
præsentem hab
Reipublica & r
bella quicquam
Mosam & Heri
Galliæ Rex, conf
partitione Regn
Ludovicus Balb
jecit, quòd Lu
suscepti divisere
tura esset, gravi
edidit.

At multò ca
oniaque, & furo
Ludovicus Rex, c
duos filios, amifi
Is quia sterilem c
bina reliquit, cui
us, quam brevi hi
rator futurus esse
Crassus, Sueviæ E
tor salutatur. In
rebus detinetur, d
flata, altero exerc
oniam se effundit
dim delati. Adver
commissoque pra
in pugna Hugo R
rant Nortmanni,
Reginæ frater, ex

Annus

Annus Christi 878 & 79.

Joannis VIII. Pont. 6. 7.
 Ludov. Balbi Imp. 1. 2.
 Ludov. II Germ. Reg. 3 & 4.
 Luthardi Ep. Pad. 19. 20.

Prospera adhuc per hæc tempora Germania Saxonique, Ludovicus Regis provisus, quem modò Aquisgrani, modò Francofurti, modò in palatio Thuringiæ ad Salam fluvium proceres in comitijs præsentem habuere, nec alio negotio magis occupatum, quàm ut Reipublicæ & religionis incolumitati consuleret. Ac ne per civilia bella quicquam turbaretur, convenere ad Marfanam vicum inter Mosam & Heristallum Ludovicus Germaniæ, & Ludovicus Balbus Galliæ Rex, confirmatis amicè ijs, quæ inter utrumque parentem de partitione Regnorum convenerant. Quanquam altero ab hoc anno Ludovicus Balbus morte subtractus, Galliæ Regnum in turbas conjecit, quòd Ludovicus & Carolomannus filij ex Ansgarda pellice suscepti divisere; nam Adelheidis conjux, quæ heredem filium datura esset, gravida relicta, Carolum cognomento simplicem post edidit.

Annus Christi 880.

Joannis VIII Pont. 8.
 Ludovici II Germ. Regis 5.
 Luthardi Ep. Pad. 21.

At multò calamitosior annus insequens 880 Germaniæ Saxonique, & furore Regum, & clade à Nortmannis accepta. Quippe Ludovicus Rex, dum Galliæ occupandæ ambiciosius inhiat, præter duos filios, amisit Carolomannum fratrem Bojariæ & Italiæ Regem. Is quia sterilem conjugem sortitus, non nisi Arnulphum ex concubina reliquit, cui Ludovicus Carentanum Ducatum attribuit, nescius, quam brevi hic, exstincta Carolina per Germaniam stirpe, Imperator futurus esset. Carolus inter hæc alter fratrum cognomento Crassus, Sueviæ Rex, Italiam occupat, & à Joanne Pontifice Imperator salutatur. Inter hæc dum Ludovicus Lotharingicis & Gallicis rebus detinetur, Nortmanni, gens ex Danis, Norwegis & Suecis conflata, altero exercitu Belgium vastant, altero Albim transgressi in Saxoniam se effundunt. Qui in Belgium irruerant Nortmanni, ad Scaldim delati. Adversus hos Ludovicus Rex progressus cum exercitu; commissoque prælio, quinque Barbarorum millia prostravit. Quam in pugna Hugo Regis filius desideratus. At his, qui Saxoniam irruerant Nortmanni, Bruno, Ludolphi Saxonie ducis filius ac Ludgardæ Reginæ frater, ex Imperio Ludovici Regis se objecit: vir ingentis animi, becket-

Francorum
 Annales à
 Pithæo edit.
 Aimoinus.
 Granzius
 lib. 2. Saxo.
 c. 31. & lib.
 2. Metrop.
 c. 3. & 9.
 Widekindy
 lib. 1.
 Helmoldus
 lib. 1. c. 7.
 Adamus
 Bremen. lib.
 1. c. 34.
 Albertus
 Stadenfr.
 Meibomius
 in notis ad
 lib. 1. Wide-
 kindi.
 Clades
 Saxonum
 prope Eb-
 mi, becket-

Aa 2

dorff à
Nort-
mannis
illata.

mi, sed infelicis successus. Contraxerat ille exercitum, ad quem præcipui Saxoniarum Comites et proceres ac tota propè nobilitas confluit. Bellum ab omnibus eò flagrantius susceptum quòd contra barbaros et juratos christianæ religionis hostes gerendum. Quapropter & Episcopi aliquot se conjungere, non tam bellatores, quàm Sacerdotes sacrarumque præfides, more jam à Francis recepto; quemadmodum & supra bello contra Sclavos Episcopos produximus in castris Ludovici Germaniarum Regis. Igitur secundo die Februarii, qui B. Virgini sacer adscribitur, Nortmanni & Saxones congressi in vico Ebbeck (dicitur) Ducatus Luneburgensis, acriter inter se prælio decertarunt. Anceps diu pugna, quâ postremùm Saxones circumventi, compulsique in paludes glacie constrietas: quæ ubi pondere armatorum pressæ considerunt, hæsit soluta glacie immerfus abruptusque à se miles, cui nec emergendi nec pugnandi facultas erat; uti hæc Widekindus & Dithmarus Scriptorum nostri tradunt. Quo conspecto, Barbari incurrunt, & miserabili strage alios post alios impune contrucidant. Non alia funesta clades magis accepta à Saxonibus, ex quo Christi religionem susceperunt. Cæsus Dux Bruno: duo Episcopi, Theodericus Mindensis & Marquardus Hildesimensis: Comites præterea duodecim; quos inter tres Bardones, Thiodericus, Gericus, Ludolphus, Folwardus, Avanus, Thiotricus, Liutharius occubere: Satellites, quos ab alijs præfectos nominari leges, haud minus quàm octodecim desiderati, uti Francorum Annales hæc memorant, & post eos complures alij Scriptores retulerunt. Corpora cæforum Episcoporum, Comitum & nobilium in unum cumulum protracta sunt, et utaque vestibus & armis aliquamdiu insepulta jacere, & cum nemo ob metum hostilem ad tumulum peteret, nec jam amplius ab incolis ejus loci dignosci possent, in eodem vico promiscuè consepulta sunt. Majores inde, quòd bello sacro occubissent, cultu Divorum inter Martyres habere. Ejus quoque rei gratia monasterium Virginum ordinis D. Benedicti eodem in loco conditum. Sanè Bollandus secutus ceteros, Divorum fastis adscripsit. Atque hæc ut certa habemus scriptorum majorumque fide; ita Crantzius plerosque Saxoniarum Episcopos ad classicum hujus belli confluisse, simulque in hoc prælio occubuisse narrat. Quemadmodum & alii septem Episcopos cum in numerum referunt: alii pauciores, interque hos etiam Paderbornensem Episcopum recensent; quem tamen non alium proferre illis licebit quàm Luithardum: constabit autem ex diploma Caroli Crassi infra à nobis recitando, Luithardum anno adhuc 885 superstitem fuisse. Haud dissimiles fabulæ, quas de Verdenensi Monasteriensi, Halberstadiensis, Osnabrugensis, Bremensis Episcopis in prælio cæsis narrant. Nam si illi scriptores legissent Francorum Annales, Dithmarum, Helmoldum, Adamum Bremensem, Albertum

Bolland.
tom. 1. Feb.
die 2.

Acta Paderborn.
MS. chron.
Minden.
Kerfenbroch, in
Episcop. Paderb.

tum Stadenfer
desideratos, T
ensem; nec pl
Nortman
rum copiis co
grassando; jam
pervenerant.
ne miles imple
pe delevit, ne
effunderet.

Omne Sa
dovico German
catus, magisqu
nantibus obfiste
terim Otto Dux
dekindus scribit
omni virtute lon
oniarum, Westphali
ratorem præfeci
Luitgardem in n
ornatum vellet:
qui deficiente C
oniarum Regem, &
gente Imperator
Regem in Otton
ones collegit in
necem, Nortman
des suas rejecit;
Germaniam, ut
relinquere sint co
stis per Galliam
git. Ineunte hy
tero anno est ext
mento Crassus, c
natali Christi die

tum Stadensem, reperissent duos tantum Episcopos ex eo praelio desideratos, Theodoricum Mindensem & Marquardum Hildesensem; nec plures probati Auctores permittunt.

Nortmannorum victoria provocati Sclavi, magnis Barbarorum copiis conglobati in Thuringiam prouunt, caedibus & praedis grassando; jamque ad Salam fluvium atque ipsum regium palatium pervenerant. Quibus Poppo Comes insigni fortitudine & religione miles implorata numinis ope occurrit, & ad internecionem prope delevit, ne tota barbaries se in haec Christianorum regiones effunderet.

Annus Christi 881.

Joannis VIII Pont. 9.
Caroli Crassi Imper. 1.
Ludov. II Reg. Germ. 6.
Luthardi Ep. Pad. 22.

Omne Saxoniae praesidium per haec temporum mala erat in Ludovico Germania Saxoniaeque Rege. Sed ille Gallicis turbis implicatus, magisque intentus erat, ut Nortmannis per Galliam dominantibus obliteret, quam ut Saxoniam tueretur. Opportune interim Otto Dux Saxoniae in locum caesi fratris obtigit, Vir, ut Witekindus scribit, fratre Brunone prudentior, fortitudine bellica, & ^{Witekindus lib. 1.} omni virtute longè praestantior. Hunc idcirco Ludovicus toti Saxoniae, Westphaliae videlicet, Angariae, & Ostphaliae ducem ac moderatorem praefecit; eoque plus confisus Ottoni, quod Sororem ejus Luitgardem in matrimonio haberet, ac veluti proregis dignitate exornatum vellet: Sed Deo haec arcanis consilii longius porrigente, qui deficiente Carolina stirpe, filium ejus Henricum primum Saxoniae Regem, & nepotem ejus Ottonem M. primum ex Saxonum gente Imperatorem esse voluit. Nec in praesens fefellit Ludovicum Regem in Ottone fiducia; quippe qui à clade Ebbecksdorfiana Saxones collegit in arma, eodemque adhuc anno ultus fratris Brunonis necem, Nortmannos praelio victos prostravit, ultraque Albim in sedes suas rejecit; itaque contigit, ut dum illi per totam Galliam, & Germaniam, ut jam referam, defævirent, Saxoniam tamen intactam relinquere sint coacti. Ludovicus interim Rex Germaniae, compositis per Galliam rebus, in Bojariam profectus, aestatem istic transigit. Ineunte hyeme Francofurtum concessit; ubi morbo, quo altero anno est extinctus, decumbere cepit. Carolus verò cognomento Crassus, cum Italiam sui juris faceret, hoc anno Romae ipso natali Christi die Imperator à Joanne Pontifice coronatus,

Fine

Annal.
Franc.
Regino.
Sigebertus,
Nort-
manni
Galliam
& Belgi-
um deva-
stant.

Fine anni *sævailla*, & ad omnem posteritatem memorabilis Nortmannorum in Belgium & Germaniam irruptio facta, quam Scriptores tradidère. Nam etsi ejeti cum clade Nortmanni è Gallia, Neomago se includerent; reparatis tamen viribus, Godefridus & Sigefridus Reges mense Novembri cum innumerabili gentis suæ multitudine inveci per ostia Rheni in adversum Mosam Hasalon Oppidum in Mosæ ripa occupant, & locum castrorum vallo fossaque præmuniunt. Quo tanquam ad receptum firmato, longè lateque in prædas effunduntur, omnia simul ferro flammaque vastando. Qua procella Leodium, Trajectum castrum, Urbs Tungrens, Prumia, Inda, Stabuletum, atque obvia quæque cœnobias ignibus absumpta. Inde in certiorè Mosæ ripam conversi per Ripuariam eodem barbaro furore sæviunt: tum Coloniam Agrippinam & Bonnam civitates, ut Francorum Annales addunt, cum Ecclesijs & ædificiis incendunt. Quotquot autem evadere potuerunt tam Canonici quàm Sanctimoniales Moguntiam profugère, thesauros Ecclesiarum & corpora Sanctorum secum portando. Tum præterea Tulpiacum, Novesium, ac cetera loca injecto à Barbaris igne conflagrârunt: tum captum Aquisgranum, & regium palatium, capellaque regia, ac nobilis illa Caroli M. Basilica in stabulum equorum conversa. Ac ne cetera commemorem, eodem excidio Aimoinus Cameracum, Ambianum, ceterasque Belgicæ secundæ Urbes everfas, & Parisios Urbem à Sigefrido Nortmannorum Rege quadraginta millibus Barbarorum obsessum refert. Nihil ante eum diem aut Gothorum, aut Vandalorum, aut Hunnorum furor in Christianos ediderat truculentius. Adeo quidquid inter Scaldim, Mosam, ac Rhenum patuit, evastatum est, Saxoniam quod mireris, intactâ. Ita verò Barbarorum irruptione premuntur regna, dum aut christianorum vitia adoleverint, aut Reges ad ignaviam prolabantur, aut Principes dissident intestinis bellis.

Annus Christi 882.

Francorum
annal.
Regino.
Herm. con-
trakt.
Ann. Fuld.
Brunnerus
ex antiq.
antog.
Ludovici
II. Germ.
Reg. obi-
tus.

Joannis VIII Pont. 10.
Caroli Crassi Imp. 2.
Ludov. II. Germ. Reg. 7.
Luthardi Ep. Pad. 23.

Subinde Ludovicus Germaniæ Rex, quem Francofurti lecto depressum diximus, hoc insequenti hujus sæculi anno octingentesimo secundo Francofurti 3 Calend. Februarij moritur. Quanquam Francorum annales xiii Calend. Decemb. obijisse referant; cujus mortem cometes xv Calend. Februarij radiantibus comis spectatus denunciavit; Regino xiii Calend. Septemb. excessisse refert. Cor-
pus

pus ad Laureshe
Filium quidem
nomine dixerat
matura morte ex
Carolus Crassus
erat, devoluta
quàm ut Carolus
Ludovici morte
qui adversus No
manni fugientiu
sam effusi, Con
ni ne in prædam
manni Treviros
ptis, partim fu
ldem Metis excid
perator multis cu
manni intra suam
ut gentem tam in
procerum indixit
Orientali, Bojaria
bim custodire; T
rabos excubare.
postea Cermania
cum Francis Orie
ipse cum robore
lam ad Mosam in
Godefridus cum
sunt obsessi. Cu
inaudita aëris ten
bus è cælo effusi
dissent, bellum pa
sus Godefridus Ro
vivo regnum ejus
religionem suscep
filia in conjugem
Imperatore partes
mannis ingens au
mania nomine pa
Haud multum di
mannorum gens,
Post illa Carolus
gulos domum rer
tiam profectus, a

pus ad Laureshheimense cœnobium ac patris sepulchrum delatum. Filium quidem is susceperat ex Luitgarde, quem Ludovicum suo nomine dixerat; Sed is puer Ratisbonæ ex fenestra prolapsus præmatura morte excefferat. Ita nullo herede filio relicto, omnia ad Carolum Crassum Imperatorem, qui ex Ludovici pii filiis superstes erat, devoluta. Quocirca proceres nihil sollicitius habuerunt, quam ut Carolum ex Italia in Germaniam evocarent. Vulgatâ Ludovici morte, duplici malo conflctatum; nam & exercitus qui adversus Nortmannos erat à Rege missus, diffluxit; & Nortmanni fugientium vestigiis inhærentes, & munitione sua ad Mosam effusi, Confluentiam usque populando progressi. Moguntinam ne in prædam venirent, urbem suam muris instaurant. Ac Nortmanni Treviros versâ urbem occupant, incolis partim interemptis, partim fugatis, & templa ædesque uno busto involvunt. Idem Metis excidium intentabant, cum interea Carolus Crassus Imperator multis cum legionibus ex Italia advolat. Quo cognito, Nortmanni intra suam munitionem ad Mosam se recipiunt. At Imperator, ut gentem tam infestam ex Imperio ejiceret, Wormatiæ conventum procerum indixit; decretoque bello, copias ex Alemannia, Francia Orientali, Bojaria contrahit. Saxones nostri jussi duce Ottone Alhim custodire; Thuringi duce Poppone in Sclavos, Bohemos & Sorabos excubare. Inde Imperator præmissis Arnulpho Principe, quem postea Germania Imperatorem sortita, cum Bojarijs, & Heinricho cum Francis Orientalibus, jussit Nortmannos palantes intercipere; ipse cum robore exercitus consecutus, intra munimentum Hassalam ad Mosam inclusit, quo Nortmannorum Reges Sigefridus & Godefridus cum prædatorio exercitu se receperant: ibi in xii diem sunt obsessi. Cum verò obsidentes & obsessi xii Calend. Augusti inaudita aëris tempestate, quæ, tonitru, fulmine, grandine & imbris è cœlo effusis, castra & urbem disjecit, attoniti fractique concidissent, bellum pace conficitur; ac datis utrimque obsidibus, jussus Godefridus Rex venire in castra & jurare, nunquam se Carolo vivo regnum ejus hostiliter ingressurum. Atq; is cum se christianam religionem suscepturum promitteret, si Frisia illi, & Gisla Lotharij filia in conjugem daretur, illis impetratis, fonte baptismatis abluitur, Imperatore partes susceptoris obeunte. Sigefridus & ceteris Nortmannis ingens auri argentiq; summa data. Fœdum & indignum Germaniæ nomine pactum, auro redimere, quod ferro solvendum erat. Haud multum dissimilis labe, qua nostra memoria Succi, Nortmannorum gens, post triennale bellum auro redempti ex Imperio. Post illa Carolus Confluentiam profectus, exauctorato milite, singulos domum remisit. Conflentiâ Imperator Carolus Wormatiam profectus, ad conventus Imperij agendos; ubi insigni diploma

Nortmanni Germaniæ infesti, à Carolo Crasso domantur.

Jura Corbeiensium à Carolo Imp. confirmantur. Jura Corbeiensibus omnia jura & privilegia confirmat, locumque sacrum in tutelam Imperatorum suscipit; Diploma etiam ad veterem Imperatorum ac Regum formam sit compositum, hinc tamen representare placuit.


In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Karolus divina favente Clementia Imperator Augustus. Cum petitionibus servorum Dei justis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superni muneris donum largiri non diffidimus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum sagacitas, quia adiens Serenitatem culminis nostri vir reverentissimus Poppo Abba ex monasterio Corbeia, quod est super fluvium Wisera in villa regia in loco dudum nuncupante Fluxeri dictum in honorem S. Stephani protomartyris, suggestit mansuetudini nostræ, ut idem monasterium et monachos ibidem per tempora degentes cum rebus et hominibus, non solum sub nostra tuitione et defensione constitueremus, verum etiam et talem immunitatem fieri juberemus, qualem omnes Ecclesie in Francia habent: cujus petitionem dignam et perspicuam judicantes, hanc auctoritatem immunitatis erga prædictum monasterium Corbeia ejusque Rectores fieri jussimus, per quam decernimus atque jubemus, ut nullus Juxta publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterii, quas presenti tempore in quibuslibet pagis et territoriis habet, vel deinceps ibidem conlata fuerint, ad causas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussoret tollendos, aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et lutos distringendos, aut ullas redibitiones aut inclitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, que supra memorata sunt, penitus exigere presumat; Sed liceat memorato Abbati suisque Successoribus res prædicti monasterii sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine vivere acrescere, et quidquid exinde jus fisci exigere poterit, totum et ad integrum nos pro aeterna retributione ad pauperes alendos, et luminaria eidem monasterio concinnanda concedimus; qualiter Monachi ibidem degentes pro Nobis, proleque nostræ, atque stabilitate totius imperii Nobis ad regendum commissi Domini misericordiam attentius exorare delectet. Sed et hoc placuit nobis huic inferere auctoritati, ut licentiam habeant Rectores hujusce monasterii cum quibuslibet hominibus liberis res et mancipia legaliter commutare, videlicet, ut quidquid jure et rationabiliter pars alteri contulerit parti, per hanc nostram auctoritatem jure firmissimo teneant atque possideant, et quidquid exinde facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quidquid elegerint. Et ut hæc auctoritas immunitatis atque confirmationis nostræ per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subter firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum

Signum Domini

Waldo Cancellari
Data VII
Indict. XV,
WormatiaInter hæc
Ejus concitator
Verum ut in au
già Saxonibus
Nortmanni Saxo
mati starent, OJam is per S
regeret, deserta fe
Nam & Carolus
mannicis, & toti
Belgio, arcendisq
nem in Italiam su
à Nortmannis ve
spiratione cum SVix dum ho
tatus in German
habito, alium ex
& Ducum auspice
nebat à Nortman

Signum Domini Karoli



Serenissimi Imperatoris Augusti,

Waldo Cancellarius ad vicem Luitwardi Archicancellarii recognovi et ss.
 Data VIII Id. Novemb. anno Incarnat. Domini DCCCLXXXII
 Indict. XV, anno vero Imperii piissimi Imperatoris Karoli II. Actum
 Wormatia Civitate in Dei nomine feliciter amen.

Inter hæc civile bellum inter Saxones & Thuringos exortum. Francorum
Annales
 Ejus concitatores Poppo & Eginus comites, Thuringiæ præfecti.
 Verum ut in auctores iniqui belli plerumque pœna recidit, Thuringi
 à Saxonibus magna clade prostrati sunt. Nec tamen per hæc aut
 Nortmanni Saxones, nec Sclavi Thuringos lacessere ausi; quòd ar-
 mati starent, Ottone cum primis Duce per Saxoniam obvolitante.

Annus Christi 883.

Marini Pont. 1.
 Caroli Crassi Imper. 3.
 Luthardi Ep. Pad. 24.

Jam is per Saxoniam status erat, ut suis se auspicijs imperijsq; Regino.
 regeret, deferta sensim à Regum suorum ac cæsarum procuratione.
 Nam & Carolus Crassus Imperator, præterquam quòd Boicis, Ale-
 mannicis, & totius Imperij negotijs, in depellendis Nortmannis è
 Belgio, arcendisque ex Germania distinebatur, hoc anno expeditio-
 nem in Italiam suscepit; quæ à Saracenis haud secus quàm Gallia
 à Nortmannis vexabatur, Vidonis cum primis Thuscæ ducis con-
 spiratione cum Saracenis ac rebellionem.

Annus Christi 884.

Hadriani III Pont. 1.
 Caroli Crassi Imp. 4.
 Luthardi Ep. Pad. 25.

Vix dum hoc composita erant, cum Imperator ex Italia evo- Regino.
Sigebertus
 catus in Germaniam redijt, Wormatiæque conventu procerum
 habito, alium exercitum in Pannoniam, alium in Moraviam misit,
 & Ducum auspicijs rebelles compressit. At majus periculum immi-
 nebat à Nortmannis, quòd hi mortuis intra annum Ludovico & Nort-
manni in-
festi Gal-
liæ,
Caro-

Bb

Caro-

Carolomanno Francorum Regibus, irruptionem in Gallias minitarentur, nisi eadem, qua defuncti Reges, pecuniæ summa secum paciscerentur. His Galli angustijs circumventi Caroli Imperatoris opem implorant, regnumque offerunt, quod in quartum annum tenuit, Monarcha exinde totius regni Francici, per Italiam Gallias, & Germaniam. Carolus igitur pro auctoritate Nortmannos Gallia excedere jubet. Quibus illi offensi Lovanij in visceribus Belgij se præmuniunt castraque, ex quibus prædas agant. Qua ex sede belli, immisso licet alio post alium exercitu, frustra eos Galli tentarunt expellere. Adeo frigidè tum bella gerebantur.

Expelluntur è Duisburgo, duce Henrico Saxone.

Simul per id tempus aliæ Nortmannorum copię per ostium Rheni invecctæ Duisburgum, (Regino Dinckburgum vocat) occupant, in eoque se Oppido includunt, dissimulante Godefrido Rege, cui Frisiam datam diximus cum Gisla Lotharij filia. Fortissimus ea tempestate Ducum erat in castris Imperatoris Henricus Popponis frater. Is per hyemem ita pressit, ut oppido tandem relicto, oceanum repetere coacti sint Nortmanni. Spectabant hæc vicini Saxones; & quo minus ejusmodi in Saxonia molirentur Nortmanni, præstabat Ottonis, Saxonie Ducis militaris virtus, armataque Saxonia. Sensim belli gloria à Francis ad Saxones transire visa. Celebris quoque ea tempestate per Westphaliam Reginbernus, Theodorico comite Ringelheimio & Oldenburgico natus, Widekindi M. abnepos, à quo varijs prælijs obtriti Dani.

Annus Christi 885.

Stephani VI Pont. 1.
Caroli Crassi Imp. 5.
Luthardi Ep. Pad. 27.

Regino. Sigebertus. Godefridus Rex Nortmannorum Germaniam turbatus occiditur.

Accesserat annus Christi 885 quo, licet Imperator totam Germaniam in quiete possideret, obturbare tamen hanc ausus Godefridus Nortmannorum Rex. Quod Frisia, qua donatus erat, minimè contentus, missis ad Imperatorem legatis, peteret Confluentiam, Andernacum, aliaque ad Rhenum loca vini feracia, quod id Frisia non ferret. Specie hæc obtendebantur, quando ipsa ab Hugone Lotharij filio sollicitatus ad rebellionem, promissa Lotharingæ parte, si cum Nortmannis irruptionem faceret. Quæ cum Imperatorem non laterent, legatos ejus benignè habitos remittit ad Regem cum responso brevi, ab Imperatore mittendos ad Regem Oratores, qui coram omnia pertractarent. Inde in consilium vocatus Henricus supremus militiæ præfectus, statuit Godefridum dolo tollendum, quando cum exercitu per Frisiæ paludes penetrare non liceret.

ceret. Missi igitur & Dux Henricus comes suas peteret; orto in ense letalem pla Henrici Satelliti per Bataviam In lionis erutis occ perator præsent

Mense vero diutius est benignus, qui Antistitebat, Collegij vocantur. Imp scopi sui potestamentum à Ferdin ductum, hic ac

In nomine s
Clementia Impera
presentium scilicet
vir Luthardus Pa
sua suggestit Cessi
fratres inter se fir
mum morem frui
dum veneranda m
latis prosperitatem
nem concessimus,
nerint, qui eidem
petit fragilitas, di
conscribi iussimus,
supra diximus, ip
inter se eligendi P
ad illud officium d
suo apud posteros ob

Salomon Not.

Data VI Idus Sep
DCCC
Domini Kar
Franckenefun

ceret. Missi igitur ad Regem Wilibertus Colonienſis Archiepiſcopus, & Dux Henricus cum proceribus in Bataviam. Ibi cum Eberhardus comes ſuas poſſeſſiones, quas iniquè detinebat Godefridus, repeteret; orto inter Regem & Comitem litigio, comes educto enſe letalem plagam capiti Regis infligit, quem mox accurrentes Henrici Satellites confodiunt. Inde in Nortmannos verſi, omnes per Bataviam Inſulam contrucidant. Hugo ſubindè auctor rebellionis erutis oculis in cœnobium detruſus. Ad hunc modum Imperator præſenti periculo deſunctus Germaniam quietam habuit.

Menſe verò Septembri inter ceteros legatos ab Imperatore auditus eſt benignè orator à Luithardo Paderbornenſi Epifcopo miſſus, qui Antiftitis ſui nomine liberam Epifcopi ſui electionem petebat, Collegij cathedralis Sacerdotibus & Clericis, qui hîc fratres vocantur. Imperator poſtulatîs egregio diplomate eligendi Epifcopi ſui poteſtatem fecit. Id quia inter cetera Eccleſiæ hujus monumenta à Ferdinando Epifcopo primum è tabularijs noſtris eſt productum, hîc adſcribo.

Carolus Imp. liberam Clericis Paderb. facultatem eligendi Epifcopum.

In nomine ſanctæ et indiviſiſſimæ Trinitatis, Karolus divina favente Clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet et futurorum induſtria, qualiter quidem venerabilis vir Luthardus Paterbrunnenſis Eccleſiæ Epifcopus ſua miſſa legatione noſtra ſuggeſſit Ceſſitudini, quatenus in eligendis Epifcopis prædictæ Eccleſiæ fratres inter ſe firma ſtabilique per futura tempora electione juxta præſtitum morem frui mererentur. Cujus petitioni aſſenſum præbentes ob remedium venerandæ memoriæ videlicet avi et Genitoris noſtri, ac noſtræ ſalutis proſperitatem, ratam firmamque ei perhenniter hujusmodi electionem conceſſimus, licet talem inter ſe moribus ſcientiaque probatum invenirent, qui eidem officio aptus dignuſque, quantum humana ad hoc competit fragilitas, diſcoſcatur. Proinde hoc noſtræ auctoritatis præceptum ei conſcribi juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut deinceps, ſicut ſupra diximus, ipſe Paterbrunnenſis Eccleſiæ clerus poteſtatem habeat inter ſe eligendi Pontificem, donec inter ipſos talis inveniri poterit, qui ad illud officium dignus reperiatur. Et ut hæc noſtræ auctoritatis conceſſio apud poſteros obtineat vigorem, annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

Salomon Notarius ad vicem Luitwardi archicancellarii recognovit.

Data VI Idus Septemb. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti D C C C L X X X V. Jndictione III, anno verò regni Domini Karoli piſſimi Regis VIII imperii ejus V. Actum in Franckenefurt in Dei nomine feliciter Amen.

Utrumne verò Carolus Crassus primò hanc liberam potestatem eligendi Episcopum Paderbornensi Ecclesiæ dederit; an quòd in electione Baduradi & Luthardi hæc jam ante obtenta, confirmari, incertum habeo. Luthardus certè, quòd jam aut senio gravis, aut invalidudine pressus ad extremum vitæ urgeretur, Ecclesiæ suæ consultum voluit. Hoc ipsum privilegium liberæ electionis confirmatum ab Ottone II. Ut in Folmaro Episcopo referemus. Neque id privilegium novum videri debet, quando jam antè Carolus M. aut certè Ludovicus pius Imperator, ut Sirmondo visum, lege in Capitularium libris sancitâ, Clero per Germaniam & Franciæ Regnum liberam & communem omnibus Collegijs eligendi Episcopi potestatem dedit, idque antiquorum patrum, institutis & Ecclesiæ libertati; atque receptæ consuetudini consentaneum proficitur; Ut in hoc non tam privilegium, quàm antiquum Ecclesiæ jus recognoscas. Etenim quòd Imperatores ac Reges jus vendicent nominandi Episcopos, eam à Pontificis indulto potestatem habuere à Pipino & Carolo M. ceteri Francorum Reges & Imperatores; ita verò reddidère Ecclesiæ, quod ab Ecclesia acceperant.

Annus Christi 886.

Stephani VI Pont. 2.
Caroli Crassi Imp. 6.
Luthardi Ep. Pad. ultimus.

Quantum exinde Luthardus ab hoc anno superstes vixerit, nemo satis in tabulas retulit. Verùm cum diploma hoc Cæsareum mense Septemb. hujus anni consignatum sit Luthardo, atque is vi Nonas Maji (quod in Herifensium necrologio annotatum est) obierit, consequens est anno 886 obiisse; nam Biso ejus Successor anno proximo 887 Episcopus introducit; quippe qui hoc anno, ut referemus, simile diploma à Carolo Crasso imperatore obtinuit. Et si Luthardi initia Episcopatus ab anno 859 deducere lubeat, jam annos xxvi Episcopatus, quos Auctor vitæ Menwerci adscribit, integros reperies. Quanquam Crantzius ex Annalibus Paderbornensibus annos xxiii illi assignat, Bruschius Luthardum innocentissimæ atque optimæ vitæ fuisse scribit. Neque dubium quin integerrimis & sanctissimis Saxonix Episcopis accenseretur; quales tum prima christianæ religionis per Saxoniam ætas ferebat; Ut vel inde Unwanus Episcopus, cum adhuc posthuma ac recens ejus fama odorque Sanctitatis spiraret, Luthardi ossa cum reliquis è tumulo levârit.

Luthardus Ep. verisimiliter hoc anno obiit.
Crantzius libro 2. Metrop. c. 15.
Brusch. in cat. Pader. Episc.

Haud

Haud multo numero mortalium quem virum à ceteris hæc haud dissimili

Hoc ipso tempore ad Bissonem tractatus Stephani Pontificis defensionis Ecclesiæ licæ auctoritate

Stephanus Episcopus
Fissimo Wicberto
trocinio sanctæ De
licatæ, seu Bovo
Corberia, ex dedico
phani, ubi in sacri
tum. Convenit
bus pia compassio
sensum. Ex hoc em
no promeremur, a
rent sine dubio stat
atque devotos præ
pra nominatas Ecc
bus immobilibus,
catur ex patrocini
mna nostræ, altera
tione B. protomary
est. sub B. Petri
li defensione per ho
modis submissas per
prærogativa atque
Principis, cui ligam
cujusq; nos vice di
num aliqua vis aut
quocunque modo in
dem, neque illarum
à quolibet usurpent
et jure Episcopi vel
gentissima Canonice
sue utriusque ordinis
læi statuti privilegio
nomine censentur, s
ventur, ad laudem

Haud multo post Luthardum, * mense Julio, sublatuſ eſt numero mortalium Wulfarius, quartus Mindensium Episcopus; quem virum à doctrinâ, prudentiâ, & fervore religionis proferendæ haud dissimiliter commendant ejus Ecclesiæ facti.

Hoc ipſo mense Majo; quo Luthardus excessit, priusquam ad Bisoneſ tranſeamus, non intermittendum duximus diploma Stephani Pontificis eo nomine sexti, quo privilegia ac jura Hildesienſis Ecclesiæ, & Corbeienſis ad Viſurgim Monasterij, Apostolica auctoritate confirmat.

Stephanus Episcopus Servus servorum Dei, Reverendissimo et sanctissimo Wicberto Episcopo sanctæ Ecclesiæ, quæ vocatur Hildesheim, patrocinio sanctæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ Domina nostra ducata, seu Borvoni Abbati venerabilis monasterii, quod vocatur nova Corbeia, ex dedicatione et nomine Beati Christi protomartyris sancti Stephani, ubi in sacris requiescit membris B. Christi Martyr Vitus in perpetuum. Convenit Apostolico moderamini pia religione succurrere pollentibus pia compassione, et poscentium animis alacri devotione impartiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimi præmium à Conditore omnium Domino promeremur, dum venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statim perducta. Igitur omnes sanctæ Ecclesiæ Dei fideles atque devotos præsentis scilicet atque futuros scire volumus. Utrasque supra nominatas Ecclesias cum omnibus earum familiis seu plebibus, ac rebus immobilibus, juste ad eas ubique pertinentibus, quarum una sedes vocatur ex patrocinio sanctæ et superexaltatæ Dei Genitricis Mariæ Domina nostra, altera verò Monachorum contubernis instituta, et dedicatione B. protomartyris Stephani, ubi et B. Martyr Vitus corpore requiescit, sub B. Petri Apostolorum Principis tuitione et sedis Apostolicæ specialis defensione per hoc nostræ Apostolicæ confirmationis privilegium omnibus modis submissas perenni jure consistere. Hujus rei gratia decrevimus, et prerogativa atque auctoritate Dei omnipotentis, et ejusdem Apostolorum Principis, cui ligandi atque solvendi in Cælo et in terra data est potestas, cuiusq; nos vice divino munere fungimur, injungimus, ut à nullo hominum aliqua vis aut oppressio, vel contrarietatis, seu occupationis molestia quocunque modo inferatur in rebus vel possessionibus Ecclesiarum eandem, neque illarum possessiones aut decimæ ipsis collatæ ubique Ecclesiis à quolibet usurpentur, aut more tyrannica diripiantur. Sed in arbitrio et jure Episcopi vel Abbatis utriusque Ecclesiæ cuncta consistant, sub diligentissima Canonica Institutionis censura. Potius autem eadem Ecclesie utriusque ordinis cum omnibus earum possessionibus per hujus Apostolice statuti privilegium indimutè ac illibate ab omnibus, qui christiano nomine censentur, sub defensione sanctæ sedis Apostolicæ habeantur et observentur, ad laudem Dei omnipotentis, et Sedis Apostolicæ reverentiam, et stabilem

Et Wulfarius Episcopus Mindensium. * al. 15. Sept. *Grantinus lib. 2. Metrop. c. 27. Chron. Mind. Stephani Papa confirmat privilegia Ecclesiæ Hildesienſis & Monasterij Corbeienſis.*

im potesta-
t; an quod
a, confir.
senio gra-
ur, Ecclesiæ
electionis
referemus.
n antè Ca-
mondo vi-
ermaniam
Collegijs
n patrum,
ini consen-
uam anti-
ores ac Re-
cis indulto
orum Re-
od ab Ec-

ixerit, ne
Cæsareum
que is vi-
atum est)
Successor
hoc anno,
tore obli-
re lubeat,
erci adscri-
ous Pader-
dum inno-
ium quin-
ur; quales
at; Ut vel
ecens ejus
reliquis è

Haud

stabilem etiam vigorem, et statum augmentandum profuturum Ecclesie. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra hoc nostræ auctoritatis et Apostolicæ Confirmationis privilegium piè à nobis concessum ire agereque præsumserit, et in toto vel ex parte transgredi conatus fuerit, et omnem reverentiam sanctæ Sedis Apostolicæ non observarit, sciat se à Deo Patre omnipotente et filio et S. Spiritu excommunicatum, et nisi restituerit, perpetuo anathemate condemnatum. Qui verò custos et observator exstiterit, et benedictionem et gratiam à Deo et Domino nostro consequi mereatur.

Scriptum per manum Gregorii Scrineatis Sanctæ Romanæ Ecclesie in mense Majo Indictione quinta, valete. Datum 3. Calend. Junii per manum Leonis Sacellani Sanctæ Sedis Apostolicæ Imper. Domino piissimo patre Carolo Augusto coronato magno Imper. anno sexto, et post consulatum ejus anno sexto, Indictione quinta.

Wigbertus, quem Pontifex tam honorificis titulis exornat Marquardi, qui in Ecbekesdorfiano prælio à Danis cæsus occubuit, Successor fuit, & quintus Hildesii Episcopus; uterque ex Corbeiensibus Monachis ad eam dignitatem delectus. Ac miror cur Crantzius alique hunc vix annum in Episcopatu explese scribant; cum his literis in sextum annum superstes memoretur; & post etiam anno 888 in synodo Moguntina subscripserit decreto Episcoporum. Boyo similiter post Warinum quintus Corbeiensium Abbas, vir doctrina, vitæ integritate & religione præstans. Et jam Corbeiensis cœnobij fama Romæ Pontificis aures animosque impleverat, non tam quòd Hildesiensis Ecclesiæ tres ordine præstantes Episcopos, Alfridum, Marquardum & Wigbertum dederat, quàm quòd indices tot Apostolicos viros in Septentrionem mitteret, quorum operâ ad barbaras gentes fidei christianæ lumen tanto cum fructu importabatur.

BISO



EPIS

Post Luthar
ipso, vel fi
legium à c
integritate, doc
gius, magnaqu
qua familia sit o
quibus consecra
ejusmodi, nobis
tis est auspiciu
tus, sepulchrum
(qui juxta calcu
honoratori loc
nium impetrata
Baduradi corpu
omnes, quibus
que aut vetustat
cleroque, qui ad
père hortamentu
Mense Apri
cialium Episcop
Episcopi conven
densis, & Drogo
& pœnis actum i
At Biso inter
ratore. Is quia f



BISO

IV,

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 887.

Stephani VI Pont. 3.
Caroli Crassi ult.
Arnulphi Reg. Germ. I.
Bisonis Ep. Pad. I.

Post Luthardum quartus Paderbornensis Episcopus Biso, hoc ipso, vel fine præcedentis anni secundum Caroli Crassi privilegium à clero suo in locum Luthardi electus; vir cum vitæ integritate, doctrinâ & prudentia: tum religione & pietate egregius, magnaque apud Imperatores auctoritate. Quanquam ex qua familia sit ortus, & per quos gradus in clero subvectus, aut à quibus consecratus sit Episcopus, è vetustatis memoria, ut multa ejusmodi, nobis subtracta sunt. Episcopatus initia à cultu pietatis est auspicatus. Nam, ut in vita Menulphi refert auctor relat^{Biso elevat off. B. Baduradi.}us, sepulchrum Baduradi Episcopi aperuit, anno ab obitu ejus xxvii (qui juxta calculum à nobis positum hic annus 887 est) seu ut ossa honoratori loco collocaret, ob cœlestia beneficia ad ejus patrocinium impetrata; seu alia hujus rei causa fuerit. Sanè postquam Baduradi corpus inspectum in tumulo fuit, repertæ sunt vestes omnes, quibus corpus involutum jacebat, prorsus integræ, nulloque aut vetustatis aut prutredinis vitio obnoxia. Quod uti Bisoni cleroque, qui aderat, argumentum fuit sanctitatis; ita omnes accèpèrhortamentum imitandæ virtutis.

Mense Aprili hujus anni Coloniae Metropolis suarum Provin^{Synodus provincialis Coloniae}cialium Episcoporum conventum habuit, ad quem & Saxoniae Episcopi convenère, Wulfelinus seu Wulthelinus Mimigarnefordensis, & Drogo Mimidonensis Episcopus. Ea in synodo legibus^{Bimni.} & pœnis actum in raptores bonorum Ecclesiasticorum.

At Biso inter hæc vix biennium vixit sub Carolo Crasso Imperatore. Is quia superiori anno imploratus à Gallis erat, misit hoc anno

BISO

Nortmanni
sedem in
Gallia
figunt.

anno Henricum Ducem, fortissimum eâ tempestate Francici & Germanici sanguinis bellatorem, & Popponis Thuringiæ ducis fratrem, adversus Nortmannos; ea enim barbara gens, ex quo semel pedem fixit in Belgio, exercitu triginta millium selectorum virorum Parisios obsidere ausa, urbem fortiter propugnante Cossino Episcopo, & Odone Roberti Comitis filio, generis Saxonici. At postquam Henricus hostium castra exploraturus cum equo prolapsus est in fossam, atque ab ipsis Nortmannis in conspectu militum confossus interiit, exercitus sublato capite diffluxit. Quare Imperator cum reparato exercitu in Galliam festinavit; ac castra licet hostium castris opposuerit, hostem tamen ab obsidione dimovere non licuit; donec fœda pactione Nortmannis regio Sequanæ permiffa, quæ deinceps Nortmannica appellata est. Ita prædatricem gentem illam primò in visceribus Galliæ, haud secus quàm Gothos olim, & ipsos Francos permittere necesse fuit. Hæsit inde hæc labes Imperatorio nomini & Galliæ.

Richardis
Augusta à
Carolo Imp.
repudiat.
tur.

Domesticis inde malis conflictatus Imperator. Nam postquam ex Gallijs in Germaniam redijt, Vercellensem Episcopum, quem Archicancellarium apud se habebat, virum sapientissimum, & moderatorem omnium rerum, ex aula abiecit, ex levi & inani suspicione consuetudinibus cum Richarde Augusta. Et mox ipsi Augustæ libellum repudij misit, frustra de injuria contestanti, juranti que non modò decennio illo, quo Carolo in uxorem data, sed ab ipsis etiam incunabilis intactam se virginem permansisse; paratamque supra fidem & juramentum, candentis ferri examine pudicitiam suam confirmare. Quæ omnia frustra fuere. Tantum vel suspicio tenacius animo concepta, vel audacia delatorumque invidia & malevolentiam valuit. Richardis, ut hæc ipsa multò generosius contemneret, in monasterium à se conditum recessit, ubi sponsum magis sibi fidum invenit.


Biso Ep.
à Carolo
Imp. ob-
tinet con-
firmatio-
nem pri-
vilegio-
rum Ec-
clesiæ Pa-
derb. &
Collegij
Herifien-
sis.

In hoc tamen Aulæ rerumque statu Biso Paderbornensis Episcopus Carolum Imperatorem adijt, benignum in se atque æquum Principem expertus. Nam cum ab ipso Imperatore confirmationem omnium privilegiorum bonorumque sacrorum sui Episcopatus, ac deinde idem pro Herifienfi Collegio Virginum suæ diocesis peteret, exhibitis in hanc rem, quæ à Carolo M. & Ludovico pio Imperatore Paderbornensis Ecclesiæ haberet, utrumque impetravit. Paderbornensis Ecclesiæ diploma ex ipsis originum literis adscriptum est ejusmodi.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Karolus divina favente gratia Serenissimus Imperator Augustus. Si locis Deo dicatis nostra imperialis potestatis benevolentiam impendamus, hoc nobis ad æternæ remunerationis præmia capeßenda profuturum fore liquido credimus. Quapropter

pter omnium fide
industria, qual
construere in hon
loco, qui dicitur
avorum nostrorum
continebatur, qu
nibus in ipsis reb
tusque est mansu
sensu fieri non ro
um animæ pii Ge
nostræ mercedis a
sentientes ita fieri
publicus, vel quis
seu reliquas posses
siri legibus posside
augeri, ad causas j
vel paratas facien
contra rationem a
requirandas ullo
rata sunt penitus e
monasterij facien
dicatum mundebru
nulla judiciaria po
quem ejusdem loci
potuerit, prædictæ
ipse Episcopus cum
nostra consistat des
Dominum melius
auctoritas plenior
subter eam confir
tatu non ip
committit quibus
Signum Domini K
Amalbertus C
Data XI Calend
Indictione V
in Italia VII
curto Regali

pter omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum cognoscat industria, qualiter vir venerabilis nomine Bisio, Episcopus scilicet Ecclesia constructa in honore sancta Mariae semper Virginis, et sancti Chilian, in loco, qui dicitur Paderbrunna, attulit in presentiam nostram beatissimorum avorum nostrorum augustorum, piique Genitoris nostri conscripta, in quibus continebatur, qualiter ipsi antecessores nostri jus praefata Ecclesia cum hominibus in ipsis rebus consistentibus sub illorum receperint mundeburdo, precautusque est mansuetudinem, ut hoc ipsum a nostra imperiali potestatis consensu fieri non recusarem. Nos autem ob amorem Domini, et ob remedium animae piæ Genitoris nostri, cæterorumque Antecessorum, nec non et pro nostrae mercedis augmento, paternos mores sequentes, et benignitati ejus consentientes ita fieri decrevimus. Praecipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones jam dictae Ecclesia, quas nunc infra ditionem regni nostri legibus possidet, vel quae deinceps in jura ipsius loci divina pietas voluerit augeri, ad causas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda, mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesia contra rationem distringendos, nec ullas redibitiones, vel injustas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat. Hominibus quoque famulatum ejusdem monasterii facientibus in hursstemor arca, qui Saxonice malman dicuntur, praedictum mundeburdum et tuitionem nostram constituimus, ut etiam coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, vel advocato, quem ejusdem loci Episcopus elegerit. Quidquid vero fiscus exinde sperare potuerit, praedictae Ecclesiae ad stipendia pauperum et luminaria concedimus, et ipse Episcopus cum omnibus rebus suis nostro fideliter pareat imperio, et sub nostra consistat defensione, quatenus ipsum fratresque ejusdem loci pro nobis Dominum melius jugiterque exorare delectet. Et ut haec nostrae consensionis auctoritas plenior in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria nostra subter eam confirmavimus, et annuli nostri impressione assignari iussimus.

Sigillum Domini Karoli  Serenissimi Imperatoris Augusti.

Amalbertus Cancellarius ad vicem Luitberti Archicappellani recognovi.
 Data XI Calend. Octobr. Anno Domini incarnationis DCCCXXXVII
 Indictione V Anno vero regni Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti
 in Italia VII, in Francia V, in Gallia III. Actum ad Justinavva
 curto Regali in Christi nomine feliciter amen.

Cc Satis

Satis hoc magnificum diploma ostendit, quæ privilegia juris ac bona Ecclesia Paderbornensis non modò à Ludovico Imperatore, sed & Carolo M. consignata habeat, licet utriusque tabulæ modo defiderentur. Prorsus ad illam formam Carolinam, qua Osnabrugensis Ecclesiæ diploma superest, & à Ferdinando Episcopo primùm ex autographo integrè productum est in monumentis Paderbornensibus; ne quis iudex publicus, aut regius minister quidquam in bona & possessiones, vel subjectos homines potestatis habeat; sed tota iurisdictio publica sit penes Episcopum, uti principem Imperij, qui aut ipse per se, aut per advocatum vicariæ potestatis ea administraret. In hunc denique modum, postquam singulæ diœceses suis terminis fuere circumscriptæ, ceteris quoque bona sua, privilegia, ac jura à Carolo M. esse data, nulli controversum esse debet. Alterum Herifensè diploma, quod eodem die ac loco consignatum est ab Imperatore, pari hîc fide sistimus.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Karolus divina favente gratia Serenissimus Imperator Augustus. Si loca divino cultui mancipata nostro levamus iuramine, hoc nobis ad aternæ remunerationis præmia capeffanda profuturum fore liquido credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet et futurorum cognoscat industria, qualiter Bispo Venerabilis Paderbrunnensis Ecclesiæ Episcopus attulit nostræ Serenitati quoddam conscriptum, in quo continebatur, qualiter quoddam monasterium sacrarum monialium in loco, qui dicitur Herisi, una cum licentia piissimi Genitoris nostri à Liuthardo Episcopo, una cum decreto Luitberti Archiepiscopi, atque omnium Consynodaliū suorum Coepiscoporum, simulque omnium consacerdotum et Clericorum à fundamentis fuerat constructum, ea videlicet ratione, quia ipse Liuthardus Episcopus et soror ejus nomine Waldburc in Sanctimoniali proposito permanens, tradiderunt suam proprietatem ad præfatam suam Ecclesiam Paderbrunnensem, quæ est constructa in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quatenus ejusdem res perpetuallyter in ejusdem monasterii potestate consistant. Et deprecatus est nos idem venerabilis Episcopus Bispo, ut ipsum monasterium et res ad illud pertinentes sub nostræ immunitatis tuitione et defensione susciperemus, et tales casas, sicut ipse in beneficium habuit, in villa Nadri, pro remedio animæ nostræ illuc ad Dei servitium ipsis monialibus concederemus. Nos vero ejus petitioni libenti animo satisfaciens ita fieri decrevimus. Concessimus igitur illuc in ipsa Villa Nadri hobas X cum casa et curte, vel cum omnibus juste ad ipsas hobas pertinentibus, vel respicientibus; et iussimus eis fieri hoc nostræ auctoritatis præceptum, per quod decernimus atque iubemus, ut memorata Waldburc præfatum monasterium Herisi diebus vitæ suæ securiter per hoc nostræ auctoritatis præceptum habeat atque possideat. Post suum vero discessum licentiam ipsæ sorores habeant inter se eligendi Abbatissam una cum consensu illius Paderbrunnensis Ecclesiæ Præsulis. Et mundeburdam de eadem

*dem Ecclesia ha
annum III for
X in villa munc
perpetualiter pe
Herisi, Mahtiu
lulis in usibus an
plenius in Dei n
perpetuis tempor
lunus etiam atq
homines non alic
drabronnensis E
dale decretum co
monasterium De
tum permaneat.
et per futura tem
tus conservetur,
nostro assignari j*

Signum Domini

Amalbertus Ca

Data XI Ca

Jndictione

toris Aug

ad Lustinac

Ad Impera

fienfi Virginum

diedum Virgine

gobardorum li

eterum ductus o

mittimus. Ex a

à Bisone Episcop

turninæ Virginis

tata sunt; ut jam

rifienfibus obver


Ceterum C

quam hæc ultim

tor ipso codro pa

se Novembri Tri

dem Ecclesia habeat praefatum monasterium Herisi, et per unumquemque annum III solidos ad eandem Ecclesiam persolvant. Simulque mansa X in villa nuncupata hajonhus, quae Liuthardus venerabilis Episcopus illuc perpetualiter permanenda concesserat, cum decimis villarum, quae vocantur Herisi, Mabtium, Nortgardinum et Suthgardinum cum appenditiis sibi vil- lulis in usibus ancillarum Dei tradita per hoc nostrae auctoritatis praecipuum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, sed Deo auxiliante perpetuis temporibus consistant, absque alicujus contradicentis obstaculo. Vo- lumus etiam atque praecipimus, ut saepe jam dicti monasterii ancillarum Dei homines non alio modo a judiciariis personis constringantur, nisi sicut Pa- drabronnensis Ecclesiae praecipuis concessimus. Episcoporum quoque syno- dale decretum conscripto et signo subscriptionis roboratum super memoratum monasterium Dei, nomine herisi, nostrae quoque largitionis concessione firma- tum permaneat. Et ut haec auctoritas largitionis nostra firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris verius credatur, et diligen- tius conservetur, manu propria nostra subter eam confirmavimus, et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum Domini Karoli  Serenissimi Imperatoris Au- gusti.

Amalbertus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicappellani recognovi. Data XI Calend. Octob. anno Dominica Incarnationis DCCCLXXXVII Indictione V. Anno vero regni Domini Karoli Serenissimi Impera- toris Augusti in Italia VII in Francia V in Gallia III Actum ad Lusinarua curte regali in Christi nomine feliciter Amen.

Ad Imperatoris diploma accedit Stephani vi Pontificis, Heri- fienfi Virginum monasterio per haec tempora datum, quod ho- diedum Virgines servant in cortice seu aegyptiaca papyro Lon- gobardorum literis conscriptum; id quia ob implexos chara- cterum ductus ex integro legere non licuit, ejus exemplar hic inter- mittimus. Ex adversa diplomatis pagina adscriptum, id diploma a Bisone Episcopo impetratum esse; a quo praeterea reliquiae S. Sa- turninae Virginis, & caput S. Agathae, & costa S. Laurentij impor- tata sunt; ut jam satis constet, cujus beneficio haec sacra pignora He- risienfibus obvenerint.

Ceterum Carolus haud multum inde superstes Imperator; tan- quam haec ultima ejus munificentiae dona fuerint, post quae Impera- tor ipso codro pauperior e fortunae scena spectatus. Nam cum men- se Novembri Triburiae, aut, ut quidam, Francofurti, conventum pro-

Regino in
Chronico.
Sigebertus.
Hermannus
Contractus
Otto Fris-
genfis 4, 6.
6, 9.

Exaucto-
ratur Ca-
rolus Imp.
Succe-
dit Arnul-
fus R.
Germ.

cerum convocasset, omnes uno impetu concitati, Franci cum pri-
mis, Saxones & Thuringi, desciscunt. Tracti mox in societatem
Boji, Suevi, ceterique Germaniæ Optimates; quòd palam cogno-
scerent, Imperatorem viribus corporis & mente destitui, ac non nisi
simulacrum Imperatoris agere. Quare conspirantium sententiis
exauctoratur, imperiumque Arnulpho defertur. Erat is Caroloman-
ni fratris filius, ex concubina genitus, juvenis præcelsæ indolis & vir-
tutis. Tanta verò animorum conversio fuit, ut è tanto aulicorum
& procerum numero ne unus quidem perstiterit, qui Carolo ad ob-
sequium maneret: cunctis ad novum Imperatorem transcuntibus.
Ita omnibus regnis & bonis exutus Imperator mittit supplex Ber-
nardum filium ex pellice genitum, qui vitæ alimenta ab Arnul-
pho sibi assignari peteret. Triduum Luitbertus Moguntinus Ar-
chiepiscopus pauperis instar aluit; donec Arnulphus Rex Neu-
dringam illi pagum, Sueviæ domicilium, & ex fisco regio tenues
census attribueret, ex quibus vitam traheret. Triste spectaculum
ex fortunæ ludibrio videre Imperatorem, qui Ludovico gloriosissi-
mo Germaniæ Rege natus, avum habuerat Ludovicum pium, pro-
avum Carolum M. nec minor ipse Monarcha fuerat, eò recidisse mi-
seriæ, ut regiam dignitatem cum mendicitate conjungeret; uno
tantummodo felix, quòd & mente imminutus, & senio præmor-
tuus calamitatem nesciret; qui tertio post mense in Januario vitam
clausit, funere ad Augiæ cœnobium deducto. Ita vel ad extremum
usque Fortuna Principem destituit, quem certè Regino eorum tem-
porum scriptor & spectator magnis laudibus extollit; utpote qui
per omnem vitam regijs & christianis virtutibus exornatus, nihil
pro viribus ingenij impensius habuit, quàm Ecclesiam armis tueri,
legibus firmare, assiduis precibus vacare, stare in choro Sacerdotum
inter cantores, pauperes & religiosos omni liberalitate fovere.
Quemadmodum & tabulæ à nobis ex Saxonia adductæ hanc in rem
testes venire possunt.

Quamquam & alius rerum humanarum casus in Carolo Cra-
so. Ultimus enim ille erat per Germaniam, post tot Reges & Principes
extirpe Carolina, præter Arnulphum à Carolomanno ex concubi-
na genitum; neque in Gallia alius superstes ex hac stirpe, præter Ca-
rolum cognomento simplicem, à quo tamen productior stirps per
Ludovicum Transmarinum, Lotharium, & Carolum Reges; sed
nomina potius, quàm Reges, in quibus eandem scenam deficienti-
um Francorum spectare licuit, quam ultimæ istæ umbræ Merovin-
gianæ stirpis Reges dederant.

Sapienter verèq; Regino, Francorum, inquit, Regnum à Carolo
M. ad fastigium pervenit. Post cuius decessum, variante fortuna, rerum
gloria, quæ supra vota fluxerat, eodem quo accesserat modo, cepit paulatim
diffin-

lib. 2. ad an.
800.

diffinere, donec a
partim immatura
hi soli de tam r
seculum exiera
Principum fam
suis occidunt.

At una spe
alterum Carolu
nia est foreita, q
& quantum illi
gratia, magnitu
spicatus est Arn
tum inter ceter
cœtus: facisqu
quam delectus
vordienfè Sand
suscepit, privile
hominum preci

In nomine
te gratia Rex.
met commissarum
prospicere volum
future beatitudinis
Unde omnibus sa
quod fidelis noster
studium nostræ, qu
non et monasterium
preest Abbatissarum
H Ludovico pro ab
mum constructa, a
vici, et Successorum
nus fuerint conser
dem monasteria su
cessiones à progenit
tatis præcepto firm
titioni assensum præ
que Cœnobium cum
curitate fruatur, sic
rum præceptis cont
dis illorum homine
præfatus Abbas ej
sicut antea eis à pr
Nobiles secum in pa
diffin-

diffluere, donec deficientibus non modo regnis, sed etiam ipsa regia stirpe, partim immatura etate pereunte, partim sterilitate conjugum marcescente, hi soli de tam numerosa stirpe superstites essent. Et nondum hoc seculum exierat, ex quo Carolus M. excefferat. Tam cito Regum & Principum familiae, tot armis & studiis in immensum auctae, fatis suis occidunt.

At una spes per Germaniam in Arnulpho. Et hunc tanquam alterum Carolum Martellum ut quondam Francia, ita nunc Germania est fortita, qui collapsa restitueret, sustineretque Imperij molem; & quantum illi natalium sorte, tantum ingenio militari, procerum gratia, magnitudine animi ac prudentia propè similis. Imperium auspiciatus est Arnulphus à pietate & religionis studio; ejus rei argumentum inter cetera liberalitas in Ecclesias & religiosorum hominum ceteris: satisque testabitur diploma, quo altero statim mense, postquam delectus Rex Germaniae, Corbeienſe Monachorum, & Herivordienſe Sanctimonialium Virginum monasterium in tutelam suscepit, privilegia confirmavit, & Regni incolumitatem sacrorum hominum precibus ac meritis apud Deum commendavit.

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis, Arnulphus divina favente gratia Rex. Si servorum Dei petitionibus, quas pro Ecclesiarum sibi, nec commissarum utilitatibus nobis suggerunt, clementer annuere ac pie prospicere volumus, et ad praesentis vitae cursum prosperè peragendam, et ad futurae beatitudinis praemia promerenda id nobis profuturum liquido credimus. Unde omnibus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque, fidelibus notum esse volumus, quod fidelis noster Borvo monasterii, quod vocatur nova Corbeia, insinnavit Celsitudini nostrae, qualiter ipsum Monachorum Cœnobium sibi commissum, nec non et monasterium puellarum constitutum in loco Heriford nuncupato, cui praest Abbatis nomine Hathurvic, à veneranda memoria antecessore nostro HLudovico pro aeterna ipsius omnisque gloriosissimi generis sui memoria primum constructa, ac deinde tam illius quam filii sui Serenissimi Regis HLudovici, et Successorum ejus largitionibus illustrata, et defensione ac tuitione hactenus fuerint conservata. Quamobrem nostram imploravit Clementiam, ut eadem monasteria sub nostra tuitione suscipientes omnes donationes atque concessiones à progenitoribus ac praedecessoribus nostris eis collatas nostrae auctoritatis precepto firmare et stabilire vellemus. Cujus rationabili ac justa petitioni assensum praebentes, decernimus atque jubemus; Inprimis ut utrumque Cœnobium cum omnibus ad ea pertinentibus plenissima immunitatis securitate fruatur, sicut ab Antecessoribus nostris eis concessum fuerat, et in eorum preceptis continetur, neque publicis exactionibus, vel quibuscunque modis illorum homines à qualibet judiciaria potestate distringantur; sed nec praefatus Abbas ejusque Successores aliquando in hostem ire cogantur, sed sicut antea eis à praedecessoribus nostris concessum fuit, omnes suos Vasallos Nobiles secum in patria ab expeditionibus vacantes habeant; inferioris vero

Arnulphus R. confirmat privilegia Corbeienſ. & Herivordienſium.

conditionis, quantis opus habuerint ad legationem nostram et ad monasterii utilitatem, pro ut necessitas flagitat, peragendam. Deinde supradicta monasteria cum uniuersis rebus suis ita in nostram tuitionem ac defensionem suscipimus, ut eorum decimas vel possessiones sive regia donatione, seu aliorum fidelium traditione attributas, vel proprio labore acquisitas, nulla cuiuscunque ordinis aut dignitatis persona quolibet modo eis auferre presumat. Sed Episcopi, qui Ecclesias ad ea pertinentes officii sui causa debent adire, non exigant maiores sumptus ad sua mansionatica, quam primum statutum fuerat, et in capitulari libro scriptum habetur. Præterea, quod ab exordio constructionis eorundem monasterium à nostris antecessoribus constitutum est, nos quoque firmiter seruari volumus, videlicet, ut ubicunque casas vel cortes habuerint ex rebus, quas ibidem suis laboribus adquirunt, decimas dent ad portam monasterii, nec alibi eas dare cogantur, quatenus in nostram ac totius generis nostri perennem mercedem superuenientibus peregrinis et hospitibus seruiatur, sicut in regio Capitulari et in decreto synodali permissum est, Xenodochia et reliqua fidelium pauperumque constructa hospitalia, et mos fuit semper in sacris concedi cœnobis. Proinde utrique congregationi regularis electionis potestatem concedimus, ut et Monachis inter se Abbatem, et sanctimonialibus Abbatissam similiter, dum ita res exigit, eligere liceat. Ad extremum, quoniam superius nominatus Cæsar HLud. vicis gentem, quam pater Serenissimus Imperator Karolus ferro edomitam ad christianitatis fidem conuertit, ad memoriam paternæ virtutis et religionis monasteriorum constructionibus illustrare disponens, hæc duo ad perpetuam tam ipsius, quam uniuersæ, ut supradictum est, gloriosissimæ pro sapia suæ elemosinam secundum antiquam monasticæ disciplinæ rectitudinem construi et ordinari præcepit; Idcirco nos eam cunctorum fidelium nostrorum, præcipue Episcoporum, in quorum Parochiis vel eorum res sunt posite, tuitioni et benignitati commendamus, ut eis, ubi illorum ope indiguerint, providentiam et auxilium magis exhibeant, quam molestiam ingerant; nec in ipsorum Ecclesiis à suis presbyteris missarum celebrationes fieri interdiciant, sed si quid sui juris sibi inde negari putent, ad nostram presentiam et synodalis examinis iudicium deferant; iustum est enim, ut eis prosit, quod semper sub Imperiali et Regia prædecessorum nostrorum tuitione fuerunt; et quod defensionem et confirmationem rerum suarum à potestate Petri per præcepta sedis Apostolicæ consequi meruerunt. Ut autem omnibus innotescat, nos nihil ex his, quæ antecessores nostri ad eadem loca donauerant, velle minuire, etiam ex nostro addere aliquid decreuimus, concedentes ad subsidia fratrum in præfata noua Corbeia Domino seruientium piscationem in methriki, et in vicinis locis, quæ ad nostrum jus pertinebant, atque uniuersum beneficium, quod Norbertus provisor, una cum omnibus mansis et famillis, quæ ad ipsam piscationem providendam, et ad prædicti Norberti beneficium pertinebant. Hæc vero auctoritatis nostræ concessio ut plenior in Dei nomine obtineat firmitatem manu propria subter eam confirmauimus et annulo nostro assignari iussimus.

Signum

Signum Domni

Engilberc Notari

Data III

anno primo

beim palati

Succedit r

tentissimo Rege

teutonico suo r

Franciam Orien

am, Frisiam, Lo

Regem auctorit

perij bono con

cârunt; ad qua

Coloniensis, Ra

cialibus Episcop

tomagenis, A

Quemadmodu

mondo, nec à I

mis prodita, nec

lis producimus.

que complures

gre comperimus

synodus nationa

status poscebat

columnen Ecclef

Igitur patre


Imperij statum f

stutatem à Nort

aspiciat mala ge

tot cœnobia &

repta tot Ecclesi

Signum Domni Arnolphi  Gloriosissimi Regis.

Engilberc Notarius ad vicem Theotmari Archicappellani recognovi et sss.
 Data III Idus Decembr. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVII
 anno primo regni Domni Arnolphi piissimi Regis, Actum in Forch-
 heim palatio regio in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 888.

Stephani VI Pont. 4.
 Arnulphi R. Germ. 2.
 Bisonis Ep. Pad. 2.

Succedit nunc annus Christi 888, quo Germania novo & potentissimo Rege suo Arnulpho, viro acri & bellicoso exultabat. Nam teutonico suo regno, uti Otto Frisingensis scribit, complexus est Franciam Orientalem, Bojariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam, Lotharingiam. Episcopi verò, penes quos summa post Regem auctoritas erat, ut hoc concesso rerum statu communi Imperij bono consulere, celebrem Moguntia Synodum convocarunt; ad quam non modò Luitbertus Moguntinus, Wilibertus Colonienfis, Radbertus Trevirensis Archiepiscopi cum suis provincialibus Episcopis, sed & Thiatmarus Salisburgensis, & Joannes Rotomagensis, Adalgarius Bremensis Archiepiscopi conveniunt. Quemadmodum horum nomina haecenus nec à Binio, nec Sirmondo, nec à Labbeo & Cossartio in conciliorum generalium tomis prodita, nec à Serrario, alijsque reperta ex Corbeciensium tabulis producimus. Neque dubium, quin Bisio Episcopus noster, alijque complures Saxoniae Episcopi, quorum nomina nondum integre comperimus, praesentes fuerint. Celebris, si quae ad eum diem synodus nationalis, ut conturbatus per Franciam & Germaniam status poscebat, in quo reponendo Episcopi semper praesidium & columen Ecclesiae fuere.

Igitur patres congregati primo statim congressu calamitosum Imperij statum sibi ante oculos proponunt, multisque deplorant vastitatem à Nortmannis illatam: quis enim, inquit, sine lacrimis aspiciat mala gentis nostrae, & Sanctorum exulta tot templa, everfa, tot cœnobicia & collegia sacrorum hominum, diruta tot altaria, dirupta tot Ecclesiarum ornamenta, trucidatos tot Episcopos & Sacerdo-

Concil. gener.
 Binii tom. 3.
 Sirmondi.
 Labbei & Cossart.
 Moguntina nationalis Synodus, bono Imperij celebrata.

cerdotes, tot homines nullo ætatis discrimine gladio peremptos, extremamque illam ruinam, quam Barbari per Gallias & Belgij provincias intulerunt, quæ adhuc in visceribus Imperij hæret? Hactenus cum Francorum Regum gloria prævaleret, Barbari armis nostris victi in servitutem venere Christianorum; nunc Christiani in servitutem Barbarorum venimus: nec alia horum malorum causa, quam languor Principum, dissidia, &, quæ omnium origo, peccata cleri & populi, vindicem in nos irati numinis manum provocantia. His ut per salutaria remedia occurrerent Patres, primum ex munere Regi Arnulpho præscripsere monita ac leges, quibus illi defensionem Ecclesiæ, justitiæ severitatem, pacis & concordie studia, causas pauperum, viduarum, orphanorum, & iniquè oppressorum commendant; ac leges hæc, uti sanctè præscriperant, ad Arnulphum deferri jusserunt. Inde ad disciplinam cleri populique formandam universim xxvi decreta adversus flagitia & vitia, quæ in Ecclesiam irrepsisse compererant, sanxere, quemadmodum hæc acta concilij docent.

Controversia Episcoporum Osnabrug. & Paderborn. cum Corbeienf. & Herivordienf. de immunitate ad Synodum referuntur.

Hac in Synodo cum aliorum, tum duorum Saxoniorum Episcoporum, Osnabrugensis & Paderbornensis, querelæ sunt auditæ; Osnabrugensis querela erat, de subtractis Ecclesiæ suæ decimis, quas Cobbo ob debitum Goswini Episcopi averterat ad Corbeienf. & Herivordienf. cœnobia, uti supra relatum est à nobis. Statuere quidem Patres Canone xlii, *ne Ecclesiæ antiquitus constituta decimis aut aliis possessionibus priventur, et novis oratoris attribuantur*; catamenia controversia etsi multum agitata, in hac synodo decisa non fuit. Stabat pro Osnabrugensi Episcopo Metropolitanus ejus Wilibertus Coloniensis Archiepiscopus; productæ in hanc rem literæ Caroli M. & Hadriani Pontificis, quibus prima ejus Ecclesiæ dos ac fundatio in decimis monstrabatur facta; additæ quatuor aliorum Pontificum tabulæ, quibus idem asserabatur confirmatum. Contra hanc Cobbonis abalienationem propugnabant Antistites horum monasteriorum, multi dynastæ & Comites; quos inter Allo & Hermannus referuntur, filii, ut conjectura est, Cobbonis Teclenburgici Comitis. Hi cum acerrimè se opponerent, res affecta magis, quam confecta fuit; donec tandem Arnulfus anno 895 in Wormatiensibus comitiis, abrupta lite, Osnabrugensibus decimas reddi juberet. Itavero non omnia ex æquo bonoque in hac synodo statim decisa sunt, quod & Paderbornenses experiri necesse fuit.

Altera igitur controversia Bifonis Episcopi erat adversus eoldem Corbeienf. & Herivordienf. ob jurisdictionem sacram, à qua Bovo Abbas ita hæc Monasteria exempta absolutaque contendebat, ut nihil relinqueret potestati Episcopali vel in ordinatione horum Monasteriorum, vel in Ecclesiis Monasterijs subjectas, vel Sacerdo-

tes ac Clericos ordinis in concilio christiano quæ ex potestate retinere vellet. po Paderborne omnia cum Sa ptione singula nensi antiquitate dovico pio concilio ricis sibi vendidit hac causa obsta indulgentia vic dovico Germano Monasterijs de jurisdictioni subditis supra adduxit si Abbatissæ potestatis Archipresbyteri presbyteris sit in ro, qua potestatem potuerint; nisi fecerint. Mu desiam dissimulavit Episcopus hæc t rino Abbati & E indulta; quando & Sacerdotes filii tres in Synodo M Paderbornensis *Convenit Episcopus ita Ecclesiarum Deus famulantium trecent. Unde Episcopus omnibus famulifer Bovo Abbas quamplurima Chir privilegiorum ejus communiter, et ipsi tum scilicet à glori gnum provento. tificum Adriani at sanctæ sedis Aposto*

tes ac Clericos earundem Ecclesiarum: tantum quæ potestatis sunt ordinis in consecrandis Sacerdotibus, templis & altaribus, in conficiendo chrismate, in sacramento confirmationis impertiendo, & quæ ex potestate ordinis inhærent, sibi Episcopum Paderbornensem retinere vellet. Contra hæc eadem causa obtendebatur ab Episcopo Paderbornensi, quæ ab Osnabrugensi, quod hæc Ecclesiæ ac loca omnia cum Sacerdotibus ac Clericis jam antè à Carolo M. in descriptione singularum per Saxoniam Diocesium Episcopo Paderbornensi antiquitus essent subjectæ, priusquam hæc Monasteria à Ludovico pio conderentur, aut Ecclesias illas cum Sacerdotibus & Clericis sibi vindicare possent Monasteriorum Antistites. Unicum in hac causa obtare poterat, quo Patres hujus synodi subnixi videntur, indulgentia videlicet & libertas à Ludovico Pio Imperatore, & Ludovico Germaniæ Rege facta, qua ejusmodi Ecclesiæ parocciæque Monasterijs donatæ, Abbatumque & Abbatissarum imperio & jurisdictioni submissæ; quale privilegium Ludovici Germaniæ Regis supra adduximus, ad annum Christi 853, donantis Herivordien- si Abbatissæ potestatem in Ecclesia Rhemi ad Amasim constituendi Archipresbyterum, cui eadem potestas cum Episcoporum Archipresbyteris sit in ceteros presbyteros & Clericos. Non ego hoc inquirō, qua potestate politici Principes juri Episcoporum id subtrahere potuerint; nisi forrè Metropolitanis & Legatis Pontificis auctoritate id fecerint. Multa Episcopis ob potestatem regiam & merita in Ecclesiam dissimulanda fuerunt: quemadmodum & Monasteriensis Episcopus hæc tum fortè, etsi ægre permisit; tum multa etiam Wannino Abbati & Herivordien- si Antistiti, quòd Regij sanguinis essent, indulta; quando ex jure patronatus etiam jurisdictionem in pastores & Sacerdotes sibi vindicare cœperunt. His igitur ac similibus Patres in Synodo Moguntina persuasi inductique ita in causa Episcopi Paderbornensis pronunciarunt.

Convenit Episcopali auctoritati piè sollicitèque semper cogitare, quatenus ita Ecclesiarum Dei sollicitudinem habeant, ut sacris locis, in quibus jugi Deus famulantium sedulitate placatur, opportuna conferre suffragia non detrectent. Unde ego Liudbertus licet indignus Mogontiacensis Archiepiscopus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ suggero. Quia venerabilis frater noster Bovo Abbas Monasterii, quod vocatur nova Corbeia, attulit nobis quamplurima Chirographa gloriosissimorum Principum ad confirmationem privilegiorum ejusdem monasterii promulgata, inter que proximè ei collatum communiter, et ipsius et Herivordensis Monasterii statum confirmabat, datam scilicet à glorioso Rege Arnulfo his ipsis diebus noviter ad regnum provento. Super hæc etiam cartas duas ostendit Romanorum Pontificum Adriani atque Stephani, in ipsis cartis concedentium, ut in tuitione sanctæ sedis Apostolicæ præfatum novæ Corbeia monasterium perpetualiter

Sententia Concilij pro Corbeienf. & Herivordiensium immunitate. N. in Concilio Moguntino an. 888. ut putat Cleinsorgius ad hunc annum.

Dd

haberetur,

haberetur, simulque Apostolica auctoritate decernentium, ut idem monasterium plenissimam habeat immunitatem ab omnibus, quoquo modo foris vel intus monasterium in res ad illud pertinentes sese prater voluntatem Abbatis loci ipsius permiscere cupientibus. His igitur omnibus apud nos relicti petiit prefatus venerabilis Abbas, quo et ea, quae sacris literis piissimorum Principum confirmata fuerant, nostra quoque auctoritate roborarem, et his, quae ab Apostolica sede decreta sunt, nostrae subscriptionis cartulam adungeremus. Nos itaque considerantes religiosam ejus esse petitionem pastoralis, quae esse officii servorum Dei jugiter utilitati commodisque prospicere, decernimus, ut prefata duo monasteria Corbeicense videlicet Monachorum, atque Herisfordiense Sanctimonialium de omnibus rebus, quae vel in communi supra memorati Principis Carta vel specialibus aliorum Principum praecipis confirmata eis esse noscuntur, nihilominus talem ex Ecclesiastica et Episcopali sanctione obtineant firmitatem, ut nihil habeant, unde se tueri possent, quicumque sibi promittunt, haec aliquo modo se posse immutare vel infringere. Habeant igitur prefata Monasteria rerum suarum liberam in omnibus disponendi regulariter potestatem, ut quaecumque eisdem Monasteriis in auro vel argento, in agris et famulis, seu quibuslibet rebus fuerint oblata, sive in presenti die collata esse constant, in dispositione mancant eorum, qui eisdem locis prelati sunt; ut quidquid secundum Dei timorem regulariter et canonice disposuerint, ad Ecclesiam ipsius utilitatem liberam in omnibus cum consilio fratrum sororumve faciendi habeant potestatem. Et ut plenius prosequamur, quod sanctos Apostolicos jam dictos intendisse sentimus, atque ante eos Beatum Gregorium, atque reverenda memoriae Nicolaum sancisse de statibus Monasteriorum invenimus, Nos humiliter tantis auctoritatibus subscribendo confirmamus: Ut nullus Episcopus Paderbrunnensis aliquam ex eis vel accipiat vel exposcat portionem; neque vel in his, quae regiminis locum tenent, vel in ipsis congregationibus, aut in ipsis Cœnobiis potestatem obtineat; neque ipsorum dominatione potiat ulla, neque in Clericis, neque in famulis, et in omnibus, quaecumque ad Monasteria ipsa videntur habere possessionis respectum, sicut ab omnibus eis haecenus servatum et consensum est Episcopis, in quorum parochiis res eorundem Monasteriorum conjacere videntur, nec ad ipsa monasteria vel cellas eorundem, vel ipse per se Episcopus vel oeconomicus ejus, vel Archipresbyter, aut Archidiaconus illius, seu qualibet ex ejus agentibus persona potestatem habeat accedendi, nisi forte necessitatis causa, vel dilectionis gratia vocatus ad venerit, ne importunitate sui, ministrorumque suorum inquietudine sacris locis fiat molestia; neque in Ecclesiis prefatis Monasteriis subjectis, vel in presbyteris eisdem Ecclesiis ordinatis aliquam temptet facere perturbationem, novam constituendo, et antiquam constitutionem violando, sed sicut regulariter et Canonice disposita sunt, et longo jam tempore manentia, ita quoque futuris temporibus mancant inconcussa. Ordinationes, quae contrariae fuerint ipsis Monasteriis, agere non differat. Altaris quoque, et Basilicarum benedictiones sive consecrationes prout

necessitas

necessitas postulat
concedat. Christi
non differat, et p
vendere conatur
tum non solum l
ubicumque praef
noscuntur, obse
potestatis jure re
nia in potestate e
imus vel in agris
ut et Apostolica
eis confirmaver
semper habeant p
conversacionis
fiteatur; non
monachum, i
nullam eisdem m
tionibus fuerit reg
prestare Deo, que
cupiunt à Deo sibi
suam non dedign
deri poterit, ut sibi
resituant, et quod
quae collata sunt
vel successione jun
citum, nostraque s
praecipis cautum
cunque ordine, n
multa quaruntur
est semper adversar
vit auctoritas, nos
sepe dictorum mon
crimini causa fuer
nistrare officia. In
si fuerint appetiti, ne
tionem. Si quis ergo
Cartulam veneran
nis censuram suscip
am prolatam. Nos
signantes obsecram
nus ista de venerint
re velint, ut quicumq
tentis, ita anathema

necessitas postulaverit, vel in ipsis monasteriis, vel in agris eorum libenter concedat. Chrisma quoque, oleumque consecratum per singulos annos præbere non differat, et pro his omnibus nullum munus exigat, ne Spiritus S. gratiam vendere conatus Simonis, quod absit, damnationem incurrat. Hoc constitutum non solum Paderbrunnensem, verum etiam omnium locorum Episcopos, ubicunque præfata monasteria, vel Ecclesias, vel agros, vel familias habere noscuntur, observare sine cunctatione seu contradictione oportet, ut nullus potestatis jure rebus eorundem Monasteriorum abutatur; sed maneat omnia in potestate eis Prælatorum et regulari dispositione, quæcunque ut diximus vel in agris, vel in familiis, vel in decimis eis constant esse collata; sic ut et Apostolica et Imperialia præcepta, partim simul, partim singillatim eis confirmaverunt. Abbatem verò, vel Abbatissam in his locis eligendi semper habeant potestatem, et eam personam eligant, quæ propositum conversationis in utrolibet Monasterio, & moribus, & habitu profiteatur; non Canonicum, aut Laicum, neque alterius monasterij monachum, in quo specialiter nos audire dignetur Regia dominatio, ut nullam eisdem monasteriis præponant personam, quæ non ab ipsis congregationibus fuerit regulariter electa; debent enim mundi Principes honorem præstare Deo, quem sibi volunt præstari à Deo, videlicet, ut quemadmodum capiunt à Deo sibi collatum regni honorem conservari, sic Ecclesiæ Christi suam non dedignentur servare legem. Non enim decet neque justum videri poterit, ut sibi militantibus de Ecclesiæ Christi possessionibus mercedem restituant, et quod de Republica sua retribuere debent, reddere velint de his, quæ collata sunt Deo. Quæ de re noverit Clementia vel nunc consistentium, vel successione jure omnium futurorum Principum à Sede Apostolica sancitum, nostraque subscriptione roboratum, nec non et antecedentium Regum præceptis cautum, ut prædictis monasteriis nullas præficiant personas de quocunque ordine, nisi quæ per electionem probabilem sumatur. Quia vero multe quæruntur ab importunis hominibus malignitatis occasiones, et necesse est semper adversarii tela clypeo protectionis repellere, quod Apostolica decrevit auctoritas, nos quoque approbamus, ut qui ordinati fuerint ad regimen sæpe dictorum monasteriorum, nulla potestate prævalente desiciantur, nisi criminis causa fuerint deprehensi, cujus merito Rectorum non debeant administrare officia. Infamia vero maculis sive criminis alicujus denotatione, si fuerint appetiti, non præter canonicam et regularem deponantur examinationem. Si quis ergo Apostolicæ Sedis decretum, cui nos hanc confirmationis Cartulam veneranter subscripsimus, contempserit, procul dubio damnationis censuram suscipiet, quam credimus divino Spiritu per Apostolicam linguam prolata. Nos igitur nostram subscriptionem annuli nostri impressione signantes obsecramus fratres et Coepiscopos nostros omnes, in quorum manus ista devenerint, ut sua etiam auctoritate et subscriptione hæc confirmare velint, ut quicumque hæc temerare præsumpserit, generalitatis nostræ sententiis, ita anathematis vinculo obligetur, ut neminem habeat, de cujus favore

vore sibi blandiatur, aut se tueri posse putet à sententia damnationis. Cunctis autem ista servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis recipiant; et apud districtum Judicem præmia æternæ quietis inveniunt. Et quia Apostolica auctoritati subscribentes ista edidimus, justum est, ut illam sacram sedem etiam in hoc honoremus, ut appellationes ad eam fieri liceat à prædictis locis cum necessitas fuerit, eo videlicet tenore, ut si hoc constitutum ab aliquo fuerit prævaricatum, Metropolitanus eorum Episcopus, quo Ego nunc licet indignus fungor officio, personam hujus sanctionis violatricem conveniat, et hujus nostri decreti testificationem innotescat; utque ab eo quod prævarie gessit, recedere non meretur, ex communi omnium Coepiscoporum auctoritate contestetur: At si ille contumaciter in sui facti perpetracione persisterit, licentia eis sit Romanam Apostolicamque sedem adire, et necessitatis suæ causas ante Papam, qui tunc fuerit Urbis Romæ, deponere, ut per eum agnita causa reus justæ damnationis sententia mulctetur.

Folco munere divino Metropolitanus Ecclesiæ Remensis Episcopus tenorem hujus sanctionis perlegens, et diligenter pertractans, in omnibus eam probandam et corroborandam esse judicavi, tam propter antiquum jus monasteriorum etiam his cœnobiis conservandum, quam ad præcavendas nihilominus molestias hic summatim prohibitas, quæ modernis temporibus contra sacra monasteria per quosdam Episcopos recenter ordinatos, nec non etiam per quorundam Laicorum infestationem grassari cœperunt, ad quas inhibendas rationabilis ordo servatus est; ut et gloriosorum Principum hic concessiones, et Pontificum Romanorum privilegia, et Archiepiscopi ejusdem monasterii his omnibus stipulatio, et ut ceteri velint Episcopi assensum præbere, nequaquam spernenda hic contineatur petitio; Cujus gratia ille etiam simul, et præsentialiter ab eodem venerabili Archiepiscopo Luidberhto, nec non et à Bovone religioso ejusdem monasterii Abbate rogatus, hoc decretum Episcopali auctoritate ratum esse decernens, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti confirmavi, et subscripsi.

Willibehrtus Agrippinensis Ecclesiæ Archiepiscopus huic decreto meæ mediocritati recitato, attestacionem et assensum præbens, quod necessario ac rite promulgatum sit, sub attestacione Nominis Domini nostri illud confirmavi et subscripsi.

Thiadmarus Ecclesiæ Salzburgerensis Archiepiscopus huic decreto consensit et subscripsi. Redbodo Trevirensis Archiepiscopus approbavit et subscripsi. Joannes Rotomagensis Archiepiscopus consensit et subscripsi. Hildegrimmus Halberstadiensis Episcopus consensit et subscripsi. Adalgarus Ecclesiæ Hamaburgerensis Archiepiscopus consensit et subscripsi. Arn. Wirtzburgerensis Ecclesiæ Episcopus consensit et subscripsi. Liardardus Vercellensis Ecclesiæ Episcopus consensit et subscripsi. H. Rodberhtus Mettensis Ecclesiæ Episcopus consensit et subscripsi. Adalhelmus Wurmacensis Episcopus consensit et subscripsi. Godethancus Spirerensis

rensis Episcopus
consensit et
et subscripsi.
psi. Honoratus
dilo Norviomag
Stratzburger
sia Episcopus co
pus consensit et s

Hæc illa
& Herivordie
tini hujus con
& Episcopi jur
bornensis nor
scopo Remen
tanquam juris
Episcopi huic
gro nec proba
fice confirmat
colliserint, au
tio illa expresse
um & Herivor
mus, præter ea
rare poterat Pa
locum, in quo
facultate sibi an
scopi Paderbor
ravimus. Post v
latè per diocesi
vincias & Eccle
cecesin confur
Episcopi & Ar
quæ ad potestat
quàm Carolus
omnes intra e
subjecit. Qu
pro Osnabruger
bornensi Eccle
onaticum, ut di
batur, abjudicat
rienfi Episcopo
supra ex ejus dip
tis Corbeienfes,
constitutione in

rensis Episcopus consensi et subscripsi. Wicbertus Hildinshemensis Episcopus consensi et subscripsi. Deth. Vuirduensis Ecclesia Episcopus consensi et subscripsi. Dodilo Cameracensis Ecclesia Episcopus consensi et subscripsi. Honoratus Betvacensis Ecclesia Episcopus consensi et subscripsi. Heridilo Norziomagensis Ecclesia Episcopus consensi et subscripsi. Balthramnus Stratzburgensis Episcopus consensi et subscripsi. Waldo Frisingensis Ecclesia Episcopus consensi et subscripsi. Thiadulfus Curacensis Ecclesie Episcopus consensi et subscripsi.

Hæc illa synodalis constitutio, qua privilegia Corbeiensium & Herivordiensium, rogatu Bovonis Abbatis, ab Episcopis Moguntini hujus concilij confirmantur; & quia Ecclesie Paderbornensi & Episcopi jurisdictioni derogatum apparet, Bisio Episcopus Paderbornensis non subscripsit: Nec obscure ob id à Folcone Archiepiscopo Remensi videtur notari inter Episcopos recens ordinatos, tanquam juris sacri non satis peritos. Ac fortè hinc plures fuere Episcopi huic synodo præsentés, qui constitutionem illam ex integro nec probârunt, nec eidem subscripserunt; minus certè à Pontifice confirmata accepimus. Quanquam in quo Bisio & Bovo se colliferint, aut quæ jura Episcopo derogata sint, non satis constitutio illa expresserit, nisi quod videatur Episcopo nihil in Corbeiensium & Herivordiensium paræciarum Ecclesijs relinquere, ut diximus, præter ea, quæ potestatis sunt ordinis. Quæ sanè ægrè tolerare poterat Paderbornensis Episcopus, quando ne ipsum quidem locum, in quo Corbeia posita, sine impetrata Hathumari Episcopi facultate sibi arrogare sunt ausi; ut quod intra jurisdictionem Episcopi Paderbornensis agnosceretur, uti in Hathumaro commemoravimus. Post verò, ubi cum possessionibus bonorum & locorum latè per dioccesin Paderbornensem se diffudere, complexi tot provincias & Ecclesiarum pastores, ut nova quædam diocesis intra dioccesin consurgere videretur, multum imminui jurisdictionem Episcopi & Archidiaconorum necesse fuit, si nihil in his præter ea, quæ ad potestatem ordinis spectant, retentum ab Episcopis: secus quàm Carolus M. dioccesin descripsit, & Apostolica auctoritate omnes intra eam Ecclesias & parochias Episcopo Paderbornensi subjecit. Qua in re integrius egit Colonienfis Metropolitanus pro Osnabrugensibus in hac synodo, quàm Luitbertus pro Paderbornensi Ecclesia suæ Metropolis: quando & portiones, & Mansionaticum, ut dixere, seu annona, quæ obeunti Episcopo dioccesin dabatur, abjudicata; secus quàm Ludovicus Germaniæ Rex Monasteriensi Episcopo Herivordiensium Ecclesias peragranti reliquit; uti id supra ex ejus diplomate assertum est. Demum eò progressi libertatis Corbeiensis, ut nec ea, quæ potestatis sunt ordinis, quæque hac constitutione imperantur, ab Episcopo Paderbornensi admittere volue-

onis. Cunctis
us et hic fru.
amia eterna
es ista edidi.
s, ut appella
eo videlicet
etropolitanus
personam
ti testificatio.
meretur, ex
At si ille con
t Romanam
am, qui tunc
damnationis
s Episcopus
mmibus, eam
um jus mo
endas nibilo.
poribus con
nec non eti
ad quas inhi
um hic con
ejusdem mo
sum præbe
lle et simul,
nec non et à
n Episcopali
pirtus San
decreto mea
ecessario ac
illud confir
decreto con
et subscripsi.
grimus Hal
amaburgen
lesia Episco
pus consen
et subscripsi.
hancus Spi
rensis

voluerint. Vetus ab hac synodo lis inter Paderbornenses & Corbeiensis, de qua sæpius nobis memorandum erit. Suas quidem causas habuerit hæc Corbeiensium exemptio, quemadmodum & favorum Regis subinde supra Episcopos; at labente post disciplina noxia magis quam utilis comperta.

Inter Episcopos qui decreto huic subscripserunt, recitamus Adalgarium Bremensem Archiepiscopum D. Remberti successorem; & cum tertio Idus Junij hoc ipso anno excefferit è vita D. Rembertus, argumentum est synodum in Autumno habitam esse, ut Adalgarius Episcopi auctoritate interesse potuerit, quem jam antè D. Rembertus adiutorem sibi monachum ex Corbeia, ut supra relatum, ex voluntate Adalgarij Abbatis adsciverat. At fortè in hac synodo consecratus est Episcopus à Luidberto Archiepiscopo Moguntino, quem ab Adamo Bremensi Lindoldum, ab alijs etiam Lindbertum & Lutholdum vocari legas. Illustre D. Rembertus Saxonie nostræ fidus; annos ille xxiii Episcopatum administrârat, vitæ sanctimonia & miraculorum gloria clarus, postquam multos Septentrionalium populos ad Christi fidem adduxerat; Ob quæ haud secus quam Ansharius, quem à puero magistrum habuit, & cui in Apostolico munere successerat, inter Divos relatus colitur. Felix Bremensis Ecclesia, quæ D. Willehadum, Ansharium, Rembertum sanctissimos sortita Episcopos, quos tota Ecclesia inter divos colit. Scripsit vitam Willehadi Ansharius, Ansharij Rembertus, Remberti Adalgarius, aut certè ejus studio probatæ virtutis & doctrinæ sacerdos. Singulas nostræ memoria ex vetustis Ecclesiæ Bremensis & Hamburgensis tabularijs integra fide in lucem dedit Philippus Cæsar, vir eruditus, & rerum ab his viris gestarum lectione ab hæresi ad catholicam religionem perductus. Et quam nunc dispari & dissona religione Brema? postquam aut ejectis aut suppressis catholicis, pars Lutheri, pars Calvini hæresin profiteri cœpit, immemor sanctissimorum Episcoporum ac præpositorum, à quibus primò verbum Dei veramq; ab origine Christi legem edocta est.

At verò Arnulphus Rex post susceptum superiori anno imperium Germaniæ, hoc anno magnoperè exstimulatus Episcoporum & cohortationibus forti & constanti animo res aggreditur adversus tyrannos, qui à morte Caroli Crassi Imperium discerperant, quos inter Beringarius & Vido Italiam, Otto Ruperti Saxonis filius Galliam: Rudolphus Burgundiam, Ludovicus Bosonis filius Narbonensem provinciam invaserant; quos Arnulphus ex comitijs Francofurti indictis jussit Wormatiæ sese sistere, aut inter proscriptos haberi. Inde contracto exercitu, transitoque Rheno, in Galliam movet; ad cujus adventum se Odo & Rudolphus supplices offerunt, ac Regis beneficio provincias tenere sunt jussi. Præstantissimus

Remberti aliorumque Bremensium Præfulum sancti mores. *Baronius Adamus Brem lib. 1. Hist. Abb. Stad. Helmoldus Philop. Cæsar in Trias postulata & in notis.*

Regino Siebertus Baronius Herm. Contr. Marianus Scotus Otto Frisingensis Wilekinus monachus, Arnulphus Imperum contra

ea tempestate mannos itera guinis supersto Regni procere co & Westpha Regnum Gall & Beringatui Per id ter toris hæc egera ramen fortuna beneficiis ac corumque pre beienses nostri sibus Francofu vonem inter &

In nomine gratia Rex. Con tatem providere, veli. Quapropter Boronem Abbati mutationem fecim quid dicitur Nither præfatus præest A mancipis, terris, p nino rebus, tam m monasterium cum ejusdem monasteri in nostrum jus cum ficium concessimus. tem salinarum. In Leri litos... In bonum unum. In phingi mansos V. In va litos XX. manso rivo vidi colonos et n tem totius marce. In mansos XX. Utr major commoditas miter ista omnibus i annuli nostri impres

ea tempestate bellicosorum virorum Odo erat in Gallia, qui Nortmannos iteratis cladibus presserat, dum Carolus simplex regii sanguinis superstes inter pueriles annos versaretur, ut id meritis ejus & Regni proceres & Arnulphus Rex darent. Adeo tum Gallia Saxonia & Westphalico heroë nitebatur, in cujus nepotes postea integrè Regnum Galliaë transiit. Mox Arnulphus in Italiam se vertit, cui & Beringarius occurrit, & Regnum precario ab Arnulpho obtinet.


Per id tempus Arnulphus Regis magis nomine, quam Imperatoris hæc egerat, donec à Pontifice Imperator coronaretur, sensim tamen fortuna Imperium ad Germanos inclinante. Multis interim beneficiis ac donis Arnulphus Rex religiosos viros per Saxoniam eorumque preces sibi demeritus; è quorum numero rursus Corbeienfes nostri ad Visurgim, & Werthinenses ad Ruram. Corbeienfibus Francofurti regio diplomate commutationem bonorum Bovonem inter & Oddonem impertijt hisce tabulis.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnulphus divina favente gratia Rex. Convenit Regia excellentia, ut inter fideles suos mutuam utilitatem providere, et de singulorum rationabilibus commodis assensum præbere velit. Quapropter omnibus notum esse volumus, quoniam inter fideles nostros Bovonem Abbatem, et Oddonem Comitem pro mutua utilitate hanc commutationem fecimus, ut res proprietatis nostræ in Godeleveshem, et in pago, qui dicitur Nithersf, Oddoni beneficiatas ad monasterium novæ Corbeia, cui presatus præest Abbas, in jus proprietatis traderemus, cum omnibus familiis, mancipiis, terris, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, et omnibus omnino rebus, tam mobilibus quam immobilibus, quatenus ex hoc ad prædictum monasterium cum omni integritate mancipentur. E diverso autem res ejusdem monasterii in orientali parte ultra fluvium Ovaccram conjacentes in nostrum jus cum omnibus, quæ ad eas pertinent, receptas Oddoni in beneficium concessimus, id est, in Delhem litos XIII. Colonum I. et sextam partem salinarum. In Odenhem litos XIII. Colonos II. In Kikthi litos duos In Leri litos ... Colonum I mansos duos et dimidium. In Laubingi Colonum unum. In Scoderstet litos duos. In Mullumstedi litos III. In Sephingi mansos V. In Uridus (wredus) litos VII. mansos XII. In Rodineslewa litos XX. mansos LX. In Dallangibulli Colonos et mansos XV. In Berivridi colonos et mansos XVI. In Sladforde Colonos VII, et octavam partem totius marcæ. In beneficio advocati mansos VIII. In Almundesrothe mansos XX. Utrique ergo per hoc parti consulimus, eò quod utrimque major commoditas in locorum situ habeatur, quam antea fuerit. Et ut firmiter ista omnibus in futurum temporibus consent, manu propria roborata annuli nostri impressione signari præcepimus.

tyrannos
feliciter
tuetur.

Corbei-
ensibus
dat facultatem
commu-
tandi
quædam
bona.

Signum

R
NF —  S
L

Signum Domini Arnolphi Serenissimi Regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi et ffs,
Data III Idus Junii. Anno Domini. Incarnat. DCCCLXXXVIII
Indict. VI anno autem Domini Regis Arnolphi largissimi Regis primo.
Actum Franchonosfurt palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

Confir-
mat pri-
vilegia
Werthi-
nensium.

Werthinenses ob venerationem D. Ludgeri, à quo cœnobium illud ex paternis bonis conditum profitetur, multò liberalius affectit ac sibi demeritus est religiosissimus Rex diplomate, quod in villa Geresheim 10. Septembr. obsignavit, nisi alibi forte aliud sit Geresheim. Ego locum in Montis ducatu egregio virginum monasterio celebrem dixerim; certè Arnulphus in Westphalia per id tempus versatus est. Diploma, quod à ceteris hæctenus integre redditum non reperio, hic addere visum.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnulphus divina favente Clementia Rex. Si servorum Dei petitionibus, quas pro Ecclesiarum sibi met commissarum utilitatibus nobis ingesserunt, clementer annuerimus, id nobis ad perpetua beatitudinis premia promerenda liquido profuturum esse credimus. Unde omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus presentibus scilicet et futuris notum esse volumus, quod fidelis noster Hembil Abba monasterii, quod vocatur Werthina, insinavit Celsitudini nostræ, qualiter ipsum Monachorum Cœnobium sibi commissum à Beata memoria sancto Liudgero Episcopo in propria ejus hereditate fuerit constructum, monachisque contraditum, et gloriosissimorum Regum Lutherovici filii magni Regis Karoli, et successorum ejus, pro æterna ipsorum omnisque generosissimi generis, eorum memoria, defensione et tuitione hæctenus fuerit conservatum. Quam ob rem nostram imploravit Clementiam, ut idem monasterium sub nostra tuitione suscipientes, omnes concessiones ab Antecessoribus nostris sibi collatas nostræ auctoritatis præcepto firmaremus. Cujus rationabili et justæ petitioni assensum præbentes decernimus atque jubemus, in primis ut idem monasterium cum omnibus ad se pertinentibus plenissimæ immunitatis securitate perfruatur, neque publicis exactionibus, vel quibuscunque modis, illorum serviti vel liberi, à qualibet judiciaria potestate constringantur; coram advocato eorum, si quid inquirendum est, aut corrigendum inquiretur et corrigatur. Præfati monasterii fratres, hominesque ipsorum ab omni vectigalium inquisitione ac telonii securi consistant. Præterea quod aliis quoque monachorum Cœnobiis concessum constat, ut ubicunque dominicos mansos habuerint, in quocunque sint Episcopo, vel præfectura, vel etiam provincia, vel regione sibi


in omni Regno à
portam concedim
sed sub nutu Ab
stant, quatenus
pervenientibus
fratrum Collegio
bas illius monach
beralitate adjuv
etiam Regionis E
cere ad populum
alia circumcund
pro debito serviti
timet, nisi tantum
sine religiosorum
ad se pertinentib
nostra et nostroru
giter implorare cl
obtinat stabilitat
one sigillari præc

Signum Domini

Ernstius Notarius
Calend. Sep
Indictione a
renesheim a

Motibus in
quenti Forchein
habuit, in quo b
curfionibus dive
regionesque Barb
prælium non occ
tzius scribit, bello
ligiosos viros, cu
adeft ex diploma

in omni Regno à Deo nobis collato, Decimas, quas aliàs Episcopi tollunt, ad portam concedimus monasterii, nec à nemine penitus eas alibi dare cogantur, sed sub nutu Abbatis ejusdem monasterii in perpetuum permansura consistant, quatenus inde pro nostra, et totius generis nostri perenni mercede supervenientibus peregrinis et hospitibus serviatur. Insuper etiam eidem fratrum Collegio ad eligendum Abbatem inter se potestatem concedimus. Abbas illius monasterii ad castra et in hostem ire non cogatur, nisi forte Regia liberalitate adjuncti beneficii copiam quandoque accipiat illud faciendi. Illius etiam Regionis Episcopus, si synodalem ibidem conventum vel sermonem facere ad populum destinaverit, de Episcopo ei serviatur, nisi forte eodem die alia circummeundo visitare loca voluerit, tunc benedictionem de Abbate non pro debito servitio, sed pro amore suscipiat, et quia nihil ad illum locum pertinet, nisi tantum hereditas sancti Liudgeri, et propinquorum ejus, et Elemosinarum religiosorum hominum, ideo liceat Abbati illud monasterium cum rebus ad se pertinentibus liberè ac plane possidere, quatenus eos melius delectet pro nostra et nostrorum fidelium salute ac totius Imperii nostri statu divinam jugiter implorare clementiam. Hæc auctoritatis nostræ concessio, ut firmiorem obtineat stabilitatem, manu propria eam firmavimus, et annuli nostri impressione sigillari præcepimus.

Signum Domini Arnulfi  invictissimi Regis.

Ernstius Notarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi. Data X Calend. Septembr. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII. Indictione autem VI. anno Regni Arnulfi Regis primo, actum Geronesheim eurte Regia in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 889.

Stephani VI Pont. 5.
Arnulphi Germ. Reg. 3.
Bifonis Episcopi Pad. 3.

Motibus intra Imperium compositis, Arnulphus anno insequenti Forcheimij frequentem procerum conventum ad Rhenum habuit, in quo bellum adversus Sclavos decretum, Thuringiam incursionibus divexantes. Id bellum alacri animo suscepit Arnulphus, regionesque Barbarorum cum numerofo exercitu ingressus, cum ad prælium non occurrerent, depopulationibus devastavit. Rex, ut Cranzius scribit, bello natus, & beneficus in omnes, cum primisque in religiosos viros, cujus munificentia hoc anno præsens testimonium adest ex diplomate, quo Corbeicnses dotavit.


Cranzius lib. 3. Sax. c. 3.

Corbeicnsium facultates auget.

Ee

Fn

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnolfus divina favente gratia Rex. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque presentibus scilicet et futuris, qualiter Bodo venerabilis Abba nostram precatus est Celsitudinem, quatenus nos quasdam res proprietatis nostræ, quas quidam nobilis vir Hovward nominatus prius in beneficium habuit, pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum ad monasterium nova Corbeia nuncupatum, cui idem Bodo, et fratribus ibidem Domino famulantibus præesse dinoscitur, in proprium concederemus. Cuius petitioni pro æterna felicitatis amore annuimus libenter, dedimusque ad idem monasterium, quidquid præfatus vir Hovwardus in pago Hurverango (Hurveitago) in comitatibus Ecperti, et Reithardi, et Herimanni, et in locis Piringisamarca, Sebidara, Adelenhusen, et Muchohusen nostri beneficii tenuit, cum consensu eius in perpetuam proprietatem cum omnibus rebus illud iuste respicientibus, Curtilibus, adificiis, terris, cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, viis, et in viis, exitibus et reditibus, quæstis et inquirendis mobilibus et immobilibus, omnibusque appendiciis et adjacentibus. Hæc vero omnia, hoc sunt Hoba XXV de nostro iure in jus et dominationem prælibati monasterii in honore sancti Stephani protomartyris Christi dicati tradidimus atque contulimus, et iussimus inde hos presentes regalitatis nostræ apices titulari per quos decernimus, atque iubemus, ut idem Bodo egregius Abba, sui que successores ab hodierna die ac deinceps potestatem habeant integerrimam easdem res ita ordinare atque disponere, prout usui fratrum inibi Domino militantium necesse esse conspexerit. Et ut hoc firmum et stabile perpetualiter consistat, idem præceptum propria manu firmavimus, annuloque nostro sigillari iussimus.

Signum Domni Arnolphi  invictissimi Regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi et sss.

Data XIII Calend. Septembr. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII Indictione VII anno II regni Arnolphi piissimi Regis, Actum ad curtem, quæ dicitur Portanaha in Dei nomine feliciter amen.

Confirmat fundationem Parthenonis Metelenensis.

Rex subinde Westphaliam etiam ingressus, quod nemo veterum scriptorum prodidit, Corbeia novæ Metelenis Virginum Collegij fundationem regia auctoritate, regisque tabulis, quas hic reddimus, confirmavit, & in tutelam suscepit.

In nomine gratia Rex. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque presentibus scilicet et futuris, qualiter Bodo venerabilis Abba nostram precatus est Celsitudinem, quatenus nos quasdam res proprietatis nostræ, quas quidam nobilis vir Hovward nominatus prius in beneficium habuit, pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum ad monasterium nova Corbeia nuncupatum, cui idem Bodo, et fratribus ibidem Domino famulantibus præesse dinoscitur, in proprium concederemus. Cuius petitioni pro æterna felicitatis amore annuimus libenter, dedimusque ad idem monasterium, quidquid præfatus vir Hovwardus in pago Hurverango (Hurveitago) in comitatibus Ecperti, et Reithardi, et Herimanni, et in locis Piringisamarca, Sebidara, Adelenhusen, et Muchohusen nostri beneficii tenuit, cum consensu eius in perpetuam proprietatem cum omnibus rebus illud iuste respicientibus, Curtilibus, adificiis, terris, cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, viis, et in viis, exitibus et reditibus, quæstis et inquirendis mobilibus et immobilibus, omnibusque appendiciis et adjacentibus. Hæc vero omnia, hoc sunt Hoba XXV de nostro iure in jus et dominationem prælibati monasterii in honore sancti Stephani protomartyris Christi dicati tradidimus atque contulimus, et iussimus inde hos presentes regalitatis nostræ apices titulari per quos decernimus, atque iubemus, ut idem Bodo egregius Abba, sui que successores ab hodierna die ac deinceps potestatem habeant integerrimam easdem res ita ordinare atque disponere, prout usui fratrum inibi Domino militantium necesse esse conspexerit. Et ut hoc firmum et stabile perpetualiter consistat, idem præceptum propria manu firmavimus, annuloque nostro sigillari iussimus.

Signum Domni

Aspertus Cancellarius
Data X Calend. Septembr.
Indictione VII
Corbeia in D

Æmula parthenonis
condendis monasterii
matrona, quæ & per
gis ad dotationem
SS. Cornelio, & C
ornata. Auxere po
quarum altera Oc
c Benthemensium
Metelena dicitur,
coque, quo tum à

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis Arnulfus divina favente gratia Rex. Notum sit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria, qualiter quedam religiosa femina Friduwi nomine nostram adiit serenitatem petens, ut ei liceret omnem sui juris hereditatem nostræ potestati tradere, quatenus nostræ auctoritatis permissione daretur ei licentia construendi in eadem hereditate puellaris monasterii, quod juxta moribus vitæ suæ habere liceret, et quamdiu qualibet ex ipsius prosapia in eodem monasterio aptæ ad hoc invenirentur persona, ipsa in ejus regimen sibi succedere permitterentur. Cujus petitioni assensum præbentes, omnem ipsius hereditatem in nostrum jus nostræque protectionis munimen suscepimus. Et ut majorem habeat quietem et securitatem ad construendum ibi monasterium, plenissimam ipsi ac hominibus ad se pertinentibus immunitatem concedimus, per quam decernimus atque jubemus, ut nullus iudex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate homines ipsius quibuslibet publicis exactionibus distringere præsumat, sed liceat eis coram advocato ex nostrâ jussione constituto justitiam facere, ac omnino juxta concessionem, qua prædecessores nostri monasteriis in suam defensionem susceptis immunitatem dare consueverant, sic memoratæ sanctimoniali femina cum omnibus ad se pertinentibus pleniter firmiterque concedimus. Et ut hæc nostræ auctoritatis concessio firmior habeatur, et per futura tempora melius credatur, manu propria subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.



Signum Domni Arnolphi *N* *S* piissimi Regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem Diethmari Archicapellani recognovi.
 Data X Calend. Septembr. anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIX
 Jndicacione VII. Anno secundo Arnulphi piissimi Regis, Actum nova
 Corbeia in Dei nomine Amen.

Amula passim per hunc florem religionis nobilium pietas in condendis monasterijs; e quorum numero Friduwi seu Friduwigis matrona, quæ & prima ejus loci antistes fuit. Accessit & filia Wiburgis ad dotationem & cætum Virginum: utraque in templo, quod SS. Cornelio, & Cypriano dicatum voluere, honorifico tumulo exornata. Auxere post dotationem primam duæ nobilissimæ virgines; quarum altera Oda, alterius nomen vetustate excidit, credunturque e Benthemensium Comitum familia ortæ; locus olim Matelia, nunc Metelena dicitur, illustis ad hunc diem nobilium virginum cætu, excoque, quo tum à prima origine hæc puellarum & sanctimoniali.

Ec a

um

um Virginum Collegia per Westphaliam florebant, instituto, quas & Canonicas virgines appellatas diximus. Multas hujusmodi donationum literas ab Arnulpho Rege exhibet Germania, quas inter & Miræus producit Arnulphi tabulas Francofurti mense Augusto consignatas, quibus Gerolpho Frisiorum Comiti larga bonorum donatio ob fidem bello præstitam facta est. Ac verisimile habeas hunc eundem esse Gerolphum, quem Godefridus Danorum Rex legatum misit ad Carolum Crassum, qui deinde littori Frisico seu Hollandico præfectus primam Comitum Hollandicorum dederit originem: sed longè illustrior per id tempus Otto Saxonie dux, cui ob fidem & præclara merita Arnulphus Rex filiam suam Lucardam in matrimonium dedit, ex qua deinde Henricus atque Ottones procreati, genus per hanc matrem ad Carolum M. referentes.

*Cranzius
lib. 2. Saxo.
c. 33.*

Arnulfus
ablata Ec-
clesiæ Os-
nabrug.
bona re-
stituit.

*Ervvinius
in chron.
Cranz. l. 3.
Metrop.
c. 7.
Cleinborg.
ad hunc
annum.*

Arnulphus præterea, qua erat religione in Deum, hoc anno decimas aliaque bona, quæ Cobbo ab Osnabrugensi Ecclesia averterat ad Corbeienſe & Herifordienſe monasterium, post tot litium ambages & studia potentum æmulatorum, Egilmaro Osnabrugensi Episcopo reddi imperavit. Alia præterea donatione alia adjecit prædia, quibus damnum Ecclesiæ compensaretur (ut hæc in publicis ejus tabulis III Id. Decembris Forcheimij consignatis leguntur) suam simul tarditatem, quæ in justitia præstanda desiderari potuit, incusando. Optimorum hoc Regum est recta & honesta ceteris omnibus anteferre, & summis infimisque idem jus dicere. Nihil religiosissimo Regi magis curæ fuit, quam ne quid eorum, quæ à Carolo M. primis per Saxoniam Ecclesiis donata erant subtraheretur, aut ulla injustitiæ labe conscientiam, aut Regiam Majestatem contaminaret.

Annus Christi 890.

Stephani VI Pont. 6.
Arnulphi Germ. Regis 4.
Bifonis Ep. Pad. 4.

Arnulfus
Zunde-
boldum
rebellem
ad obse-
quium
compel-
lit.

*Regino.
Siebertus.
Herm. contr.
Marianus.
Scotus.
Otto Frising.
Cranz.
Lindprand.*

His virtutum præsidij Arnulphus omni bello felix; quippe anno proximo, qui Christi 890 numeratur, expeditione in Zundeboldum Sclavorum, Moravorum, & Bohemorum ducem suscepta, ad obsequium eundem compulit. Erat is beneficijs & pactis Germanorum Francorumque Regibus devinctus, tantaque inter eum & Arnulphum ex prioribus bellis familiaritas, ut passus sit filium suum ab Arnulpho è fonte baptismatis levare; post, ubi ducatu Bohemie dono Regis auctus, animum extulit, & perfidus rebellisque arma in Arnulphum vertit. Quo cognito, Arnulphus cum potente exercitu regiones ejus ingressus, ita extrema illas depopulatione pervastavit, ut pacem petere, obsides dare, & arma ponere necesse habuerit.

Inter hæc
retur, tùm in fi-
tus; quam in
sistimus, quoru

*In nomine
Clementia Rex.
qualiter nos ob m
et servitutis cuia
quasdam res pro
tatu suo in loco P
bas jure legitime
isque edificijs, cu
pratis, pascuis, sil
bus, viis et in viis
appendicijs et adje
bus. Et justissim
volumus, firmissim
omnibus habeat p
quidquid sibi plac
orem in Christi no
eam, et impression*

Signum Domini

Aspertus Cancellar

Data XV

Judicione

Regane spurg

Altero diplo

miti prædia & ag

In nomine sc

gratia Rex. Notum

sentibus scilicet et f

Sundroli deprecatu

mine Adalger, qu

Nos vero petitionib

mis namque illi in

lafeld Hobas XXI ad

agris, pratis, pascuis

tionibus, viis et in

Ep

Inter hæc Arnulphus Rex cum in omnes beneficis prædica-
retur, tum in fidos belli Duces ac Comites largus semper comper-
tus; quam in rem ex Corbeiensium tabulario duo hic diplomata
sistimus, quorum altero Chobbonem Comitem remuneratur.

Benefacit
Choppo-
ni Comiti
sibi fido.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnolfus divina favente
Clementia Rex. Cognoscant omnes fideles nostri presentes atque futuri,
qualiter nos ob mercedis nostræ augmentum, et pro merito bonæ fidelitatis
et servitutis cuidam dilecto atque venerabili Comiti nostro Choppo vocato
quasdam res proprietatis nostræ in proprium concessimus; Hoc est in comi-
tatu suo in loco Pium dicto Hobas Regias XXX, et quidquid ad easdem Ho-
bas jure legitimeque pertinere videtur; id est, cum omnibus domibus, ali-
isque ædificiis, cum mansis et mancipiis, terris cultis et incultis, campis, agris,
pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationi-
bus, viis et in viis, exitibus et reditibus, quasitis et inquisitis et cum univ-
ersis appendiciis et adjacentibus rebus, ad easdem hobas jure legitimeque pertinenti-
bus. Et jussimus ei inde hoc nostræ auctoritatis fieri præceptum, per quod
volumus, firmissimeque jubemus, ut memoratus fidelis noster Choppo de his
omnibus habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel
quidquid sibi placuerit faciendi. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmi-
orem in Christi nomine habeat stabilitatem, manu propria nostra firmavimus
eam, et impressione annuli nostri insigniri jussimus.




Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicappellani recognovi et sss.
Data XVIIII Calend. April. anno Incarnationis Domini DCCCXC
Judicacione VIII anno III Regni Arnolfi Serenissimi Regis Actum
Regane spurg in Dei nomine feliciter Amen.

Altero diplomate, ad preces Episcopi Sundrolt, Adalgario Co-
miti prædia & agros præcedenti anno dilargitus.

Et Adal-
gario Co-
miti.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnolfus divina favente
gratiæ Rex. Notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque præ-
sentibus scilicet et futuris, qualiter quidam venerabilis Episcopus nomine
Sundrolt deprecatus est nostram Clementiam, Ut cuidam Comiti nostro no-
mine Adalger, quasdam res proprietatis nostræ in proprium concederemus.
Nos vero petitionibus ejus libenter annuentes decrevimus ita fieri. Dedi-
mus namque illi in pago Hlisgo in Comitatu ipsius in Villis Wolfenni ac Ha-
lafeld Hobas XXI ac mansos IIII, cum domibus aliisque ædificiis, mancipiis,
agris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, pesca-
tionibus, viis et in viis, quasitis et inquirendis, terris cultis et incultis, et cum
omnibus

omnibus iuste ac legitime ad easdem hobas pertinentibus, et iussimus inde hoc nostra auctoritatis fieri praeceptum, per quod volumus atque iubemus, ut praescriptus Adalger de his omnibus, quae ei in potestatem et dominationem condonavimus, nunc et deinceps omni tempore habeat potestatem habendi, donandi, vendendi, commodandi, vel quidquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec auctoritas nostra firmior habeatur, et per futura tempora à fidelibus nostris melius credatur, ac diligentius observetur, manu nostra eam firmavimus, annuloque nostro signari iussimus.

R
NF —  — S
L

Signum Domini Arnolphi piissimi Regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem Thiotmari Archiepiscopi recognovit et ss.
Data II Nonas Julii anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIX
Indictione VII anno secundo Regni Arnolphi piissimi Regis, a clun
Franconofordt, in Dei nomine feliciter Amen.

Regino.
Sigebertus.
Serrarius
in Mogunt.
hisor.
Archie-
piscopus
Colon. li-
tè mover
Archie-
piscopo
Bremensi
super ex-
emptione
à Subje-
ctione
Ecclesiae
Coloni-
ensis.
*al. VI.
Luitpran-
dus lib. de
vitiis Pontif.
Adamus
Bremen. lib.
1. c. 41.
Flodorus
lib. 4. c. 1.
Albertus
Stadenfis
ad an. 896.
Binus tom
3. p. 3.
Sirmondus
in Conc. Gen.
Labbem.

Qui his literis Episcopus Sundrold vocatur, Metropolitanus nostrae Ecclesiae est Sunzo Moguntinus Archiepiscopus, Luidberto Archiepiscopo ex Monacho Fuldensi, studio Popponis Thuringorum ducis & Arnulphi superiori anno subrogatus; qui à Lamberto Schafrnaburgensi Sunderholt, & ab alijs Sunderoldus appellatur.

Excessit etiam è vivis hoc anno, II Septembris, Wilibertus Coloniensis Archiepiscopus, vir, ut Regino inquit, sanctissimus, & in divinis humanisque rebus prudentissimus; in cuius locum, Cleri & populi electione repositus est Hermannus cognomento pius. Is postquam Cathedram Episcopi conscendit, pro veteri Ecclesiae Coloniensis jure asserendo litem movit Adalgario Bremensium Episcopo, quòd se Archiepiscopum ferret & scriberet. Quam in rem Epistolam querimonijs plenam scribit ad Stephanum Pontificem eo nomine *V, repetitque ex Caroli M. ordinatione, ut Bremensis Ecclesia Metropolitana Coloniensi submittatur. Adalgarius contra ad Nicolai Pontificis decretum appellat, quo Bremensis & Hamburgensis Ecclesia in unam contracta Archiepiscopi dignitate subiecta est. Pontifex ut literis componeret litem, Fulconi Remensi Archiepiscopo, quem ad id legatum Apostolicum dixerat, mandat, ut Wormatiæ Episcoporum synodum convocet, eorumque iudicijs controversia cognoscatur. Ea in synodo stitit se Adalgarius mulum questus de injuria; ibi cum Coloniensis non adesset, decisio ad aliam synodum est rejecta, quam postea Francofurti habuit Moguntinus Archiepiscopus. Eo in conventu provinciales Coloniensis Metropolis Epi-

Episcopi Franco-
Mimigardevo
pro suo Metro-
ctenus Bremer
isse. Nec tamen
haec ex diplo-
Prorum est ex
Francofurtens
pis interfuisse,
mensis Metro-
tem cognosci v
esset; tum quò
do interfuerit,
Inter Epi-
tur Wulfelinus
fastis verò Mon-
candoris & fan-
quem ad hunc
cis apud Crant-
quas mox pro-
fium scriptores
literis Werthine
in re fluxa mag-
xia; quae tamen
Hoc ipso p-
in Forcheim in
no Coloniensi.
cofurti est habi-
mentionem no-
beam; certus ta-
tus est, in quo Bi-
nasterij à Luitha-
tabulas Episcopi
Quoniam o-
convenit, ut ad di-
ei Deo ibidem fan-
ego Sunderholdus h-
nerabili Coloniens
episcopis ac Consa-
venere, petitionem
statum berisensis C
borare postulat, cen-
quandam continen-

Episcopi Franco Tungrensis, Voldebaldus Trajectensis, Wulfelinus Mimigardevordensis, Drogo Mindensis, Egilmarus Osnabrugensis pro suo Metropolitano pronunciarunt, testatique sunt nullum hactenus Bremensem Episcopum Coloniensis obedientiam se subtraxisse. Nec tamen ea in synodo controversia decisa est, quemadmodum hæc ex diplomate Formosi Pontificis apud Crantzium constant.

Crantzium
lib. 2. Me-
trop. c. 20.
& 21.

Pronum est existimare, utriusque synodo tam Wormatiensi, quam Francofurtensi, aut certe alterutri Bissonem cum alijs Saxoniam Episcopis interfuisse, tum quod Pontifex non tantum ab Episcopis Coloniensis Metropolis, sed & ab alijs etiam Episcopis gravem hanc litem cognosci voluerit, quorum iudicium à partium studio integrum esset; tum quod Bisso hoc ipso anno Forcheimij Episcoporum synodo interfuerit, ut post referam.

Inter Episcopos provinciales ex diplomate Formosi memoratur Wulfelinus Mimigardevordensis, qui à Crantzio Wolfelinus, in factis verò Monasteriensibus passim Wilhelmus appellatur, vir miri candoris & sanctitatis, ut in Monasteriensium annalibus refertur, quem ad hunc annum produxisse vitam, satis arguet ex hoc Pontificis apud Crantzium diplomate, & ex Herisensis monasterii tabulis, quas mox producemus; secus quàm Chronicorum Monasteriensium scriptores anno 889 obijisse perhibent; certè Cleinsorgius ex literis Werthiniensibus adhuc anno 889 superstitem docet, nec ulla in re fluxa magis Chronicorum istorum fides, quàm in chronotaxia; quæ tamen Chronica à temporum ratione inscribi volunt.

Hoc ipso præterea anno alia Episcoporum synodus est habita in Forcheim in palatio regio à Sunderholdo Moguntino & Hermano Coloniensi Archiepiscopis; si non hæc illa synodus, quæ Francofurti est habita hoc anno; de qua licet apud veteres scriptores mentionem non reperiam, nec qua ex causa indicta sit, exponere habeam; certus tamen & celebris Episcoporum & Abbatum conventus est, in quo Bisso Episcopus noster confirmationem Herisensis monasterij à Luithardo Episcopo nostro conditi impetravit. Recito hic tabulas Episcoporum manu subscriptas consignatasque.

Bisso Ep.
in Con-
ventu
Forchei-
mensi
impetrat
confir-
mationem
Monasterij
Herisien-
sis.

Quoniam omnibus, qui curæ Pontificalis funguntur officio, id maxime convenit, ut ad divinæ laudis augmentum monasteriorum conservationibus, et Deo ibidem famulantium utilitatibus provecibusque prospiciant. Idcirco ego Sunderholdus humilis Moguntiacensis sedis Archiepiscopus, unà cum venerabili Coloniensis Civitatis Archiepiscopo Herimanno, nec non et alijs Coloniensis ac Consacerdotibus nostris, qui nobiscum ad presentem synodum convenere, petitionem fratris nostri Bissonis Paderbrunnensis Episcopi, qua nos statum herisensis Cœnobii unanimis nostræ scriptis confirmare, et corroborare postulat, censo gratanter accipiendam. Nam nobis ostendit Cartulam quandam continentem Synodalis decreti consensum, quo venerandæ memo-

ria

ria decessor meus Liutbertus Archiepiscopus, et alii quam plures Episcopi una cum illo in synodo apud Wormatiam habita congregati, rogatu Liutberti, tunc ejusdem Paderbrunnensis sedis Episcopi, qui predictum puellare cœnobium simul cum sorore sua nomine Walburg primum inchoaverat, ipsum cum omnibus rebus suis tam decimis ad usus ancillarum Dei ibidem deputatis, quam possessionibus mutuatis firmum ac stabile mansurum fore decreverunt, eandemque cartulam subscriptionibus propriis corroboraverunt. Alteram quoque asserens cartam, quam sæpè jam dicta Paderbrunnensis Ecclesia sacerdotes, et universus pariter clerus nuper fieri postularvit, suisque subscriptionibus confirmavit, de consensu videlicet suo super statu ejusdem monasterii primitus in illa parochia construendi, et de rebus omnibus, quas nunc habere videtur, illuc justè legitimeque collatis. Quapropter juxta petitionem præfati fratris et Coepiscopi nostri justum et utile satis esse credimus antecessorum nostrorum salubre decretum, quo Christi famulabus quietam et tranquillam in ejus servitio securitatem auctoritatis sue unanimi sententia providere studuerunt, nostris quoque sanctionibus confirmare, ne quis futuris temporibus ex his, quæ vel hujus Episcopi Bisonis, vel antecessoris sui diebus illuc collata noscuntur, sive in decimis à præfata generali synodo concessis, seu possessionibus undecunque mutuatis, aut quorumlibet fidelium largitione traditis, aut deinceps tradendis, omnino aliquid auferre, vel dispositionem monasterii destruere præsumat, nisi sese velit vinclo perpetui anathematis condemnari. Ergo ut hoc nostræ unanimi decreti firmitatem in Dei gratia teneat stabilitatem, nostris id subscriptionibus corroborare curamus. Id ipsum Coepiscopos et suffraganeos nostros, qui modo absentes sumus, cum primum hæc in eorum manus scripta de venerit, facere postulantes, sicut eos in nullo penitus à nostræ unanimi consensu dissentire velle confidimus.

Actum Foracheim palacio Regio, Anno Incarnationis Domini MCCCXC Regni vero piissimi Regis Arnulfi anno III, Indictione VIII.

- | | | |
|--------------|---|--|
| | ✠ | Signum Sunderboldi Mogontiacensis Archiepiscopi. |
| | ✠ | Signum Hermanni Coloniensis Archiepiscopi. |
| Wirtz. | ✠ | Signum Arn. Episcopi. |
| Ferdensis. | ✠ | Signum Vuiberti Episcopi. |
| Metensis. | ✠ | Signum Hrodberhti Mediomatricæ sedis Episcopi. |
| Spirensis. | ✠ | Signum Godethanki Episcopi. |
| Osnabrug. | ✠ | Signum Egilmari Episcopi. |
| Aichstad. | ✠ | Signum Erkanboldi Episcopi. |
| Bremensis. | ✠ | Signum Adalgarii Episcopi. |
| Viridunens. | ✠ | Signum Dadonis Episcopi. |
| Paderborn. | ✠ | Signum Bisonis Episcopi. |
| | ✠ | Signum Aulmari Episcopi. |
| | ✠ | Signum Agiulfi Episcopi. |
| Mindensis. | ✠ | Signum Drogonis Episcopi. |
| Hildesensis. | ✠ | Signum Vuithberti Episcopi. |
| Mumgard. | ✠ | Signum Vuolfhelmi Episcopi. |

Signum

✠ Signum
✠ Signum
✠ Signum
✠ Signum
✠ Signum

In hac tab.
subscripisse; t
nomen & dign
summus Adalg
tes; seu ob con
traxerit, seu in
Bifo contra om
quam ante Arch

Superiori f
verfia inter Col
ram Arnulpho
uterq; Episcopu
enim Rex sapie
internis diffidiis
liaque averteret
Eo verò in Bavar
ducem. Is etsi p
rebellionem cœ
progressus, repel
riculum urgebat
plices tutore, Sa
tremas tamen vi
Lotharingiam,
nitis, ad prædas u
tior factus, Sur
Comiti mandata
stra collocent, n
quam Germanæ
fi, Mosam ad Lec
prædis pervagant
piæ Festo S. Joan
Coloniæ mē mo
da. Placuit tertiu

- ✠ Signum Libardi Abbatis.
- ✠ Signum Faraberti Abbatis.
- ✠ Signum Hatthonis Abbatis.
- ✠ Signum Gerhardi Abbatis.
- ✠ Signum Godescalci Abbatis.

In hac tabula subscriptione legis Adalgarium inter Episcopos subscripsisse; ut tanquam in superioribus synodis illi Archiepiscopi nomen & dignitas abjudicata sit. Nec Bovo Corbeiensis Abbas summus Adalgarij propugnator præsens cognoscitur inter Abbates; seu ob contumeliam Bremensi Archiepiscopo irrogatam se subtraxerit, seu intelligeret frustra se patrocinium Adalgarij suscipere. Biso contra omnium Episcoporum gratia auditus, & benigniores, quàm ante Archiepiscopos expertus.

Regina.
Sigebertus.
Herm. contra.
trac.

Annus Christi 891.

Formosi Pont. 1.
Arnulphi Regis Germ. 5.
Bifonis Ep. Pad. 5.

Superiori synodo, cum in Palatio regio conventum sit, controversia inter Coloniensem Archiepiscopum & Adalgarium fortè coram Arnulpho Rege, aut ejus legatis pertractata est. Quam in rem uterq; Episcopus Colonienfis & Bremensis præsens fuerit. Verebatur enim Rex sapientissimus, ne controversia hæc longius proserpens internis dissidiis turbaret Imperium, & Episcoporum consilia auxiliæ averteret; quando hinc Sclavi, inde Nortmanni imminabant. Eò verò in Bavariam contendit intentus in Zundeboldum Sclavorum ducem. Is etsi priori anno pacem fecerat, pro perfidiâ tamen gentis rebellionem cœptabat. Quare Rex cum exercitu ad fines Bojariæ progressus, repellit insolentis audaciam. At majus à Nortmannis periculum urgebat: Hi licet binis cladibus ab Odone Rege, Caroli simplicis tutore, Saxonicis, ut diximus, generis bellicoso viro attriti; extremas tamen vires in unum contrahunt, bellumque transferunt in Lotharingiam, Arnulphi regnum, castris propè Lovanium præmunitis, ad prædas undique agendas. Postquam de his Arnulphus certior factus, Sunderoldo Moguntino Archiepiscopo & Arnulpho Comiti mandat, copias quamprimum contrahant, & ad Mosam castra collocent, ne quis hosti transitus pateat. At Nortmanni priusquam Germanæ copiæ ad Trajectum convenirent, Lovanio digressi, Mosam ad Leodium transeunt. Jndè Aquisgrani omnia circum prædis pervagantur. Quod ubi nunciatum Francis, quorum copiæ Festo S. Joannis Baptistæ dum accesserunt, consultatum multis, Coloniamnè movendum, an transito Mosa hostium classis invadenda. Placuit tertium, rectæque in hostem cundum decernunt. Postea

Christiani à Nortmannis ad Guliam amnem cæduntur.

Ff

ra

ra ergo luce moventur castra trans Guliam amnem. Ibi in Nortmannorum exploratores incidunt. Christiani ut quemcunque impetum rapuit, irruunt sine ordine, duce & imperio: cedentibus ex composito Nortmannis, dum ad locum, in quo hostium pedestres copiae congregabantur, traherentur. Ibi atrox & dubio eventu praelium habitum: pugnatum inter clamorem fragoremque, quo hostium equitatus excitus advolans, Christianum exercitum uno impetu fugam deditque. Interemptus Sunderholdus Moguntinus Archiepiscopus, Arnulphus Comes, magna pars nobilitatis, ceteri miserandum in modum contrucidati. Clades hæc vi Calend. Julij accepta ad Guliam amnem, qui infra Trajectum Mosæ infunditur. Barbari spoliatis castris & caesorum corporibus, ad classem retro sese cum ingenti prædaretulère.

Insignis
victoria
Arnulphi
contra
Nort-
mannos.

Procul aberat per id tempus Arnulphus Rex in finibus Bojarie, Sclavorum bellis occupatus; acceptoque istic cladis nuncio ingemuit. At mox ubi rei magnitudinem cum animo versare cepit, accensus ulciscendi ira in Barbaros, quantum potest ex orientalibus Francis Germanisque exercitum contrahit; quo Rhenum transgressus ad Mosam castra collocat. Quod ubi Nortmannis cognitum, in castra se recipiunt, quæ ad Diliam flumen præmunivero intra paludes utrumque latus claudentes: cetera aggesta terra ac palis præsepunt. Eò instructa acie procedit Arnulphus, & castra castris opponit. Barbarus & recenti victoriæ & situ loci confisus, Regem insultat, & Guliam amnem foedumque cladis locum inter cetera convicia monstrat, ni recedat & Diliam amnem pari suorum strage notatum velit. Quibus exacerbatus Arnulphus Rex ex equo se submittit. Idem omnes equites facere jubet; & cum pedite castra hostium aggressus, eadem uno omnium impetu oppugnat & expugnat; tantaque barbarorum strages edita est à furente christianorum milite, ut vix ex innumerabili hostium numero relictus, qui cladis nuncium referret ad suos. Cæsi cum ceteris Godefridus & Sigefridus Nortmannorum Reges. Cælestis, inquit Helmoldus, hæc victoriæ parta ad Calend. Septemb. eoque Rex omnisque exercitus publica Supplicatione Deo gratias persolverunt, & posteri diem celebrem habuere. Rex inde exercitum ingenti hostium præda onustum Moguntiam reduxit, quocum per hiberna in Alemannia permansit.

Liphus in
Lovanio
Brouverus
lib. 9. ann.

Translatio S. Justini Corbeiam.
monum.
Corbei.
à Meibom.
edit.
*adan. 1071

Hoc ipso anno inter flagrantia bella delatum est ex Gallia corpus Justini Martyris Corbeiam, Godeschalco Abbate: præterque S. Vitum Westphalia novo patrono decorata est. Multi eo nomine Martyres; at hic, de quo agimus, immani illa vexatione Diocletiani una cum Maxentio, Constantio, ac Crescentio Senatoribus Trevirorum à Rictiovaro interemptus pro Christo sanguinem fudit. Historiam translationis puerum vocat, secus quam Sigebertus * inter senatores

res Treviren-
vonis succes-
bodo, ut opi-
ante caput M-
post ab Otto-
gum transpo-
ensium Abb-
deerat, impe-
conquiescer-
unaque pop-
tarent. Quar-
substractum;
illa cum Reg-

At non-
Frisiam Saxo-
ris anni clade
exercitum; qu-
omnia per Rip-
postquam die
in se tendere,
tate se subdux-
monachorum
stianorum ex-
profugi ad cla-
am sunt rever-
& Belgium di-
se continuit;
gaticum mox
continuis barb-
ganda permise-
Per id ter-
Arnulphus Rex
tiboldus, Sclav-
Imperij nomi-
gam abjecit, ej-
toties perfidum
ravit. Gens hæc
gressa, deserta à

res

res Trevirenses memorat. Corpus hoc Martyris Godeschalcus Bo-
 vonis successor & quartus Corbeiensium Abbas impetravit à Rad-
 bodo, ut opinari fas erit, Trevirensium per id tempus Episcopo. Jam
 ante caput Martyris Antifiodorum translatum erat in Galliam. Inde
 post ab Ottone I. Imperatore inter cetera SS pignora Magdenbur-
 gum transportatum. Id cum resciret Gerbernus decimus Corbei-
 ensium Abbas supplex Imperatorem adiit, & caput, quod corpori
 decrat, impetravit. Ita verò totus Justinus Martyr apud Corbeienses
 conquiescere voluit. Felicia tempora, cum Principes & Præsides
 unaque populus de SS. pignoribus & patrocinijs apud Deum decer-
 tarent. Quantum inde remissum, tantum felicitatis postea Saxoniae
 subtractum; donec haeresis ingressa hæc in ludibrium ausa vertere, &
 illa cum Regno etiam vera religione exuta est.

Annus Christi 892.

Formosi Pont. 2.
 Arnulphi Regis Germ. 6.
 Bifonis Ep. Paderb. 6.

At nondum per hæc tempora quies à Nortmannis. Nam etsi
 Frisiam Saxoniamque intactam reliquerunt; ij tamen, qui à superio-
 ris anni clade superstites erant, collegere se rursus in prædatorium ex-
 ercitus; quo Mosam transgressi populando Bonnam pervenere,
 omnia per Ripuariam spolijs, cædibus & terroribus complendo. At
 postquam didicere jussu Regis Arnulphi Christianorum exercitum
 in se tendere, noctu per continentes sylvas & montes summa veloci-
 tate se subduxere; donec Prumiam delati, cœnobium illud spolijs &
 monachorum cædibus funestarent: cumque à tergo inhaereret chri-
 stianorum exercitus, demum per Ardennam abruptaque locorum
 profugi ad classem se recepere, desperatisque rebus in Nortmanni-
 am sunt reversi. Ita gens ferocissima, quæ per Lxx annos Franciam
 & Belgium divexarat, facta superioris anni strage, intra Regnum suum
 se continuit; finemque accepit bellum Nortmannorum, cui Hun-
 garicum mox haud minus crudele ac funestum successit; tanquam
 continuis barbarorum flagellis Christianorum vitia & delicta casti-
 ganda permiserit Deus.

Per id tempus, dum hæc inter Rhenum & Mosam agebantur, Hungari
 Arnulphus Rex in Bavaria comitia procerum habuit, in quibus Zwen-
 tiboldus, Sclavorum, Moravorum & Bohemorum princeps, hostis
 Imperij nominatus; quem deinde triplici exercitu aggressus in fu-
 gam abjecit, ejusque regiones prædis & cædibus evastavit; & quò
 toties perfidum ac rebellem contineret, Ungaros, ut vocant, implo-
 ravit. Gens hæc barbara ac ferox antè, quæ demum è Scythia pro-
 gressa, deserta à Pannoniis & Avaribus loca, cum domi ob multitudine

*Regino.
 Sigbertus.
 Herm. cont.
 Marianns
 Scotus.
 Nort-
 manni ad
 suas se
 tandem
 sedes re-
 cipiunt.*

*Hungari
 in auxili-
 um vo-
 cantur ab
 Arnul-
 pho.*



nem se in suis regnis non contineret, bellisque Barbarorum implicaret, effusarum locustarum instar occupavit (ut multis hæc describit Regino) nota primum claraque ab hoc bello, quo in Sclavos & Bohemos evocata ab Arnulpho perhibetur, barbaros per barbaros refrenando. Nam, ut Sigebertus scribit, Zwentiboldus horum armis victus, & ad tributum compulsus: gens dein capta dulcedine prædæ in christianos arma vertit, Germaniam, Galliam & Italiam depulando pervasit, atque in Saxoniam & Westphaliam penetravit, novum Imperij flagellum. Quare reperias scriptores, qui Arnulpho id vitio dederint, haud secus quàm olim Constantino M. cò quòd barbarorum arma permiscuerit Christianis, hostesque cum horum auxilijs traxerit intra viscera Imperij. Ac tamen si gente Scythæ passim essent, Hunni tamen & Ungari appellantur; neque dubium quin multi Hunnorum in societatem hujus belli prædatorij ex illa populorum colluvie ultro convolarint. Bello hoc Arno Herbipolensis Episcopus, hortatu Popponis Thuringiæ ducis castra secutus, quum ad altare sacrificium missæ offerret, à Barbaris trucidatus glorioso mortis genere; quo & Sunderboldus Moguntinus Archiepiscopus desideratus; non enim ut milites, sed Castrensi Sacerdotum præules exercitui aderant.

*Dithmarus
lib. 1.
Regino.*

Privilegia
Herivordien-
sibus
confirmantur
ab Arnulpho.

Fine anni Arnulphus Rex è Sclavico bello per Bojariam Francofurtum venit. Quod etsi Regino ad sequentem annum referat, præfentem tamen tabulæ nostræ exhibebunt; quando mense Novembri duo Episcopi Biso noster & Wicbrecht ad palatium profecti Regem Francofurti convenère, ab eoque confirmationem omnium privilegiorum Herivordiensium Virginum Monasterio implorârunt, quam hisce tabulis adscribimus.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Arnolfus divina favente Clementia Rex. Si servorum et ancillarum Dei petitionibus, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum utilitatibus nobis suggererint, clementer annuimus ac pie prospicimus, id nobis et ad præsentis vitæ cursum salubriter transeundum, et ad perpetuam beatitudinis præmia feliciter promerenda liquido profuturum esse confidimus. Quamobrem noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet atque futurorum industria, qualiter Vnicprebt et Biso venerabiles ac dilecti Episcopi nostri precati sunt una cum Chomrado fidei comite nostro Clementiam nostram, quatenus sororibus sanctimonialium in monasterio Herifordt nominato sub honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ constructo atque dicato Domino famulantibus electionem suam inter se intrinsecus ab antecessoribus nostris eis prius per præceptales cartas concessum pro remedio animæ pii Genitoris nostri Karolomanni Regis, et deinde nostræ cæterorumque parentum nostrorum simili modo concederemus, nostræque auctoritatis scripto eam corroborarem. Quorum petitionibus et salubri consulti libenter assensum præbuimus, et præsens præceptum inde conscribi jussimus, quidquid boni

*boni antecessor
ipsis illuc cono
juxta illorum m
cedimus arbit
aliquam inter i
domino militan
rum hanc nostr
hoc melius pro
excorare delecte
mutabilitate v
annulo nostro a*

Signum Domini

Signum Domini

Ernstus Notar

Data III


DCCCX

Francho

*Annum re
deducunt. In
tem à Septemb
venerit; Quer
incertum habe
Saxonie Episco
ur diximus, trac
clarus ea temper
lit. Qua verò e
sit, nec ex fastis*

*Certè Arn
vitates German
nis ab Episcopis*

boni antecessores nostri eidem cœnobio contulerunt, et omnia privilegia ab ipsis illuc concessa eidem concedentes, ac nostra auctoritate confirmantes, et juxta illorum monitionem iisdem sororibus securum per hoc præceptum concedimus arbitrium et potestatem inter se Abbatissas eligendi, quamdiu Deus aliquam inter illas eidem præsignaverit ab ipso docta, quæ famulas Dei inibi domino militantes gubernare ac regere possit, nullusque successorum nostrorum hanc nostræ auctoritatis certam potestatem habeat violare, ut ipsas ob hoc melius pro nobis et prælibato Genitore nostro, aliisque parentibus nostris exorare delectet. Et ut præsens auctoritatis nostræ præceptum nulla unquam mutabilitate violetur seu violari conetur, manu propria illud firmavimus, annulo nostro assignari præcepimus.

Signum Domni Arnolphi  S invictissimi Regis.

Signum Domini HLudovici  S Serenissimi Regis.

Ernustus Notarius ad vicem Theotmari archicappellani recognovi et sss. Data III nonarum novembrium die, anno incarnationis Domini DCCCXCII indictionum XI anno regni Arnolphi Regis V Actum Franchonofurd in Dei nomine feliciter amen.

Annus regni V hæ literæ præferunt, quem alii VI ab anno 887 deducunt. Indictio similiter hujus anni X est non XI; nisi sequentem à Septembri numerarint, aut certè scriptoris error in his inter- venerit; Quem verò Wicpret Episcopum cum Bisone conjungat, incertum habeo; nam duo Arnulpho Rege ejus nominis Wicberti Saxonie Episcopi fuere, alter Hildesienfis ex Corbeienfi monasterio, ur diximus, traductus, alter Verdenfis ex familia Widekindi M. præclarus ea tempestate Episcopus; quemadmodum hic Crantzius retulit. Qua verò ex causa Bisio Episcopus noster ad palatium profectus sit, nec ex factis nostris, nec ab alijs accepimus. Crantzius lib. 2. Hist. trop. c. 30.

Annus Christi 893.

Formosi Pont. 3.
Arnulphi Germ. Reg. 7.
Bifonis Ep. Pad. 7.

Certè Arnulphus Rex, dum anno proximo trajecto Rheno civitates Germaniæ inferioris & Lotharingiæ lustraret, ingentibus donis ab Episcopis passim occurrentibus exornatus est, Utrumne in Sax- Regino.

Ab eodem eximuntur Corbeienfes ab onere alendi milites.

Saxoniam descenderit ad nobilem regni sui partem, in qua Otto Saxoniae Dux filiam in matrimonio collocatam habebat in annalibus non reperio. Wormatiam inde profectus Rex ad comitia, quae indixerat, totam sibi Germaniam applaudentem habuit, cujus bellica virtute omnes domi forisq; hostes obruti jacerent. Tantaque hujus Regis auctoritas erat ex felicitate rerum gestarum, ut Carolus Galliae Rex recens inunctus à Falcone Remensium Archiepiscopo, supplex Wormatiam veniret, & Arnulphi ope Regnum Galliae sibi ab Ottonne reddi peteret. Interim Rex Arnulphus ubique delectus militum facere jussit, quo Germaniam Saxoniamque in omnem belli casum armatam haberet. Nec Episcopi per Saxoniam immunes facti; solum Corbeiensibus secundum privilegia superiorum Imperatorum & Regum exemptio confirmata hisce tabulis; quas etiamsi nullo certo anno & indictione consignatas reperiam, hic referre placuit.

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis, Arnolfus divina providente Clementia Imperator Augustus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicariis, omnibusque in sublimitate positis, et natu majoribus in Saxoniae partibus constitutis in Christo Salvatore pacem et utriusque vitae felicitatem cum salute perenni. Notum itaque generalitati vestrae fieri volumus, quia Serenitatis nostrae auribus innotuit, quod sint inter vos, qui militiam cenobii, quod vocatur nova Corbeia, id est, vasallos ejusdem Abbatis plus iusto in hostem ire compellant, cum auctoritate divorum antecessorum nostrorum ipsi loco suisque concessum atque indultum clara luce dinoscatur, quod et nos morem sequentes priorum, non minori devotionis solertia eidem sacro sancto loco, et Rectoribus ejus cum omnibus regimini illorum subactis Domino propitiantes finetenus confirmare studemus. Quapropter universitati vestrae expresse mandamus, et modis omnibus prorsus interdicens, ne quisquam ex vobis ipsos milites quoquomodo iniqua distractione, seu in expeditionem, aut ullam exactionem hujusmodi violenter reddere, aut facere coartari praesumat. Sed liceat praefati monasterii abbati secure cum omnibus curae illius subjugatis degere, et sicut ab antecessoribus nostris sibi suisque interius exteriusque concessum, scripto roboratum constat, sine alicujus majoris minorisve ordinis persona offenculo frui perpetuumque potiri, in gloriam et laudem Dei.

Data XI Calend. Julii ad Fngulunheim.

Proferunt Letznerus & Meibomius duo haeretici scriptores, quibus tertius accedit Kemniti⁹, Litanias apud Corbeienfes repertas, quibus Arnulpho Rege Deum & Divos precati Monachi illius loci, tam diverso cultu ritumque supplicandi, ut nullum in ijs modum usumque invocandi sanctos esse velint: nam praeterquam, quod hi tres scriptores haeretici non conveniant, & alias Letznerus, alias Meibomius, alias Kemnitius producat, ut ex hoc fallacia satis appareat; tum nos multo antiquiores Litanias inter monumenta ejus coenobii reperimus Ludovico pio Imperatore usitatas, in quibus prorsus idem

idem ritus n
catholica Ec
gendas eas in
perest Corbe
nibus consta
tiquitatis m
gnari, nisi d
eandem per f

Subindo
liam & Jtalian
omnibus Reg
nem, quem Fe
narat, cum r
dentina in Jta
peratoris titul
nem Saxoniae
sto esse voluit,
nes Germania
brofius Come
fus. Territi ho
terique per Jta
Mediolanum
fugato Vidone
niae Rex non m
ciarium haben
absolvas ab aff
facile ei erat t
arma vertit in E
vim & rebellio
fo, redijt Arnu
indixerat.

Per haec
Rex, vir, ut Regi
dissimus, postq
cessit e vita, reg
Ungari Moravi
occupant; ex c
intulerunt.

idem ritus motusque invocandi sanctos legitur, quem hodie dum catholica Ecclesia servat. Quapropter ad fallacias hæreticorum retendas eas integre exscriptas ex autographo, quod etiamnum superest Corbeia in Carolo M. Romano catholico dedimus, quo omnibus constaret, quàm falsa fide agant in corruptis Litaniarum & antiquitatis monumentis, qui veram Christi fidem promittunt, sat gnari, nisi domum hæresis suæ mendaciorum fulcris substruerent, eandem per se collapsuram.

Annus Christi 894.

Formosi Pont. 4.
Arnulphi Regis Germ. 8.
Bifonis Ep. Pad. 8.

Subindè Arnulphus, qui Regis Germaniæ nomine, præter Gal-
liam & Italam, totum Imperium in quiete tenebat, formidabilis
omnibus Regibus à Beringario in Italam evocatus adversus Vido-
nem, quem Formosus Pontifex ante biennium Imperatorem nomi-
narat, cum maximis equestrium & pedestrium copijs per juga tri-
dentina in Italam penetravit, spe, ut Sigonius perhibet, Italiæ & Im-
peratoris titulo potiundi. Quam in expeditionem Arnulphus Otto-
nem Saxoniam ducem generum suum cum Saxonis copijs sibi præ-
sto esse voluit, virum fide & militari fortitudine egregium inter om-
nes Germaniæ duces. Capta primo incursum Pergamum urbs, & Am-
brosius Comes urbisq; præfectus ad portam urbis ex arbore suspen-
sus. Territi hoc supplicio Mediolanenses, Papienses, Placentini ce-
terique per Italam, Regi supplices se offerunt. Otto dux Saxoniam
Mediolanum missus, urbem ad obsequium redigit. Ita Beringarius
fugato Vidone restitutus Imperator; tanquam Arnulphus Germa-
niæ Rex non modò Galliam Regem, sed & Imperatorem sibi benefi-
ciarium haberet, solo titulo fere Augustum; ut faciliè Arnulphum
absolvat ab affectatione Imperij (quod à Sigonio illi imputatur) quàm
facile ei erat totam Italam occupare: sed omissa Italia, Arnulphus
arma vertit in Rudolphum Burgundiæ Regem, hominem, qui per
vim & rebellium studia se regem fecerat; quo in latibula compul-
so, redijt Arnulphus in Germaniam ad comitia, quæ Wornatiæ
indixerat.

Per hæc tempora Zundiboldus Sclavorum ac Moravorum
Rex, vir, ut Regino scribit, inter suos prudentissimus, & ingenio calli-
dissimus, postquam christianos multis bellis & malis afflixisset, ex-
cessit è vita, regno ad imbelles filios transmissio. Qua opportunitate
Ungari Moraviam, Bohemiam, vicinasque Germaniæ provincias
occupant; ex quibus deinde in Saxoniam progressi fatales clades
intulerunt.

Annus

Regino.
Sigbertus.
Herm. cont.
Marianus
Scorus.
Otto Fri-
sing. lib. 6.
Sigonius
lib. 6. de Reg.
Ital.
Baronius.
Arnulphi
expedi-
tio in Ita-
liam.

Obitus
Zundi-
boldi Sla-
vorum
ducis.

Annus Christi 895.

Formosi Pont. 5.
Arnulphi Germ. Reg. 9.
Bifonis Ep. Pad. 9.

*Regino.
Siebertus
Concl. Ge-
neral. apud
Binium
Sirmendum
Labbeum.
Synodus
Triburi-
ensis.*

Celebris dehinc est annus insequens Christi 895 Triburiensi synodo ad Rhenum; adquam mense Majo, hortante ac presente Rege Arnulpho, viginti duo Episcopi Germaniæ & Saxoniam, omnes pontificalibus ornamentis induti, convenere; quos inter Biso Episcopus subscripsit. Regino xxvi Episcopos convenisse memorat, præter complures Abbates. Aderant congregati Episcopi à tribus Metropolitanis suis, Moguntino, Coloniensium & Trevirensium. Eo in concilio post tridui jejunium, post Litanias & publicas preces multa salubriter sunt præscripta digestaque in LVIII Canones, quibus cleri populiq; mores ad antiquorum Patrum & synodorum statuta egregie sanctèque formantur. Quemadmodum hi Canones in concilijs generalibus digni posteritatis memoria leguntur. Regino concilium illud congregatum dicit adversus politicos homines, qui Episcoporum auctoritatem imminuere tentabant. Quò illa spectant, quæ adversus comites decernuntur; subscripsere Episcopi hoc ordine.

Hatto Moguntiacensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

Hermannus Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

Rathodus, sive Rathbodus Trevirensis Ecclesiæ Archiepiscopus.

Waldo Frisingensis Episcopus.

Erchanbaldus Eichstadiensis

Turo Radasbonensis

Adalpero Augustensis

Salamon Constantiensis

Theodulphus Curiensis

Fringus Basiliensis

Baldranus Strasburgensis

Lotechanus Spirensis

Theotelaus Wormatiensis

Adalgarius Bremensis

Dudo Virdunensis

Wigbertus Hildesheimensis

Rudolphus Wirtzburgensis

Sigismundus Halverstadiensis

Ruotbertus Metensis

Drogo Mirmidensis

Biso Paderbornensis

Egilmarus Osnabrugensis Episcopus.

In synodo
victoria: & R
mundi lumin
Ecclesiæ Christi
bus oppositum
tur, cum Re
complexi, dif
felicitatis?

Hac in sy
niensem Arch
betur ab Adan
enim Adamus
Synodo, Hattone
rum principum
Arnulpho Rege.
rum in certam
mensi, tanta ve
in se converter
tero die Widge
oppositum Bolla
hæc tradunt, co
cilio Francofu
non potuerit;
Adalgarius Epi
dejectus; Uti i
Francofurtensi
sus Pontifex pr
cium, cui suum
Archiepiscopus
les Episcopos fil
tantisper honor
ex prima Hadria
sem Ecclesiam
exponit Formo

Synodo fi
est profectus,
concubina geni
conventu Arnul
tero præ altero
est invitatus, ad
berti Imperator
næ adversus Bere

In

In synodo iteratò acclamatum Arnulpho magno Regi vita & victoria: & Rex ad Patres: agite Pastores Ecclesiarum, clarissima mundi lumina, pro cura, quæ vobis imposita est, *habetis me omnibus Ecclesie Christi adversantibus, et vestro Sacerdotali ministerio renitentibus oppositum bellatorem.* Quam præclare per Germaniam agebatur, cum Reges & Episcopi una cura Ecclesiam & Rempublicam complexi, disciplinam cleri & populi quærebant, fontem omnis felicitatis?

Præfat. Concil.

Hac in synodo rursus controversia inter Hermannum Coloniensem Archiepiscopum, & Adalgarium Bremensem agitata perhibetur ab Adamo Bremensi, Alberto Stadeni, Binio & Baronio. Ita enim Adamus historiae Bremensis scriptor. *Collecta apud Triburiam synodo, Hattone Moguntino presidente, cassata sunt privilegia, et gloriosorum principum præcepta, consentientibus iniquis decretis Formoso Papa et Arnulpho Rege.* Addit utriusque Episcopi Oratores Adolinum & Widgerum in certamen venisse, alterum pro Colonienfi, alterum pro Bremensi, tanta vehementia perorantem, ut Patrum oculos animosque in se converterint: at postquam causa adjudicata Colonienfi fuit, altero die Widgerum Bremensium legatum exspirasse. His omnibus se opposuit Bollandus, asseritque Adamum Bremensem ac ceteros, qui hæc tradunt, corrigendos, quod hæc controversia jam antè in concilio Francofurtensi decisa fuerit; tanquam in hac synodo repeti non potuerit; in qua teste Adamo Bremensi rerum peritissimo, Adalgarius Episcopus in causam synodi inter confidentes Episcopos dejectus; Uti id ordine Episcoporum relato conspicitur, quod ex Francofurtensi concilio exhiberi non potest. Sanè quòd Formosus Pontifex pro Colonienfi pronunciavit, fecit Episcoporum iudicium, cui suum conformavit: nec conveniens duxerit Bremensem Archiepiscopum ea dignitate exornari, qui nullos adhuc provinciales Episcopos sibi subiectos haberet. Quare dum illos nanciscatur, tantisper honore supersedendum censuit, & parendum Colonienfi ex prima Hadriani Pontificis & Caroli M. institutione, qui Bremensem Ecclesiam Metropolitano Colonienfi subiecere. Multis hæc exponit Formosus Pontifex in literis ad Adalgarium.

In qua præter alia decisum pro Colonienfi contra Archiep. Bremensem.

Grantius l. 2. Metrop.

Synodo finita Arnulphus Wormatiam ad comitia procerum est profectus, quorum assensu tandem filium Zwentiboldum ex concubina genitum Lotharingæ Regem dixit. Accessere in hoc conventu Arnulphum Carolus & Otto Galliæ Reges, amicitiam altero præ altero ambiente. Subinde à Formoso Pontifice in Italiam est invitatus, ad Ecclesiam Romanam liberandam à vexatione Lambertii Imperatoris, quem à morte Vidonis Patris Itali factionis paterna adversus Berengarium subrogavere. Arnulphus re cum Episcopis

Regina. Sigbertus. Sigon. lib. 6. de Reg. Ital. Otto Frising. lib. 6. c. 13. Arnulphus invitatu Pontificis in

Gg

In

Italiam
proficif-
citur.
*al. Luna.

deliberata, mense Septembri armatus Italiam ingreditur, & perlustratis subactisque multis Italiae urbibus, *Lucæ Natalitia Christi peregrit.

Annus Christi 896.

Formosi Pont. 6.

Arnulphi Reg. Germ. 10.

Bisonis Episcopi Pad. 10.

Inde sub exordium consequentis anni Romam cum exercitu properavit, urbemque ex voluntate Formosi Pontificis coepit. Leporis beneficio factum scribit Sigebertus, Sigonius, & alij. Enim verò, dum exercitus ad urbem confidet, excussus è cubili lepus; quem dum milites per lufum militarem ad urbem insequuntur, cives, qui excubabant, rati universis se castorum viribus peti, metuque percussis, stationes deserunt. Quare conspecta, Germani muros transcendunt, portisque aricte perfractis urbem intrant. Arnulphus urbe potitus Sergium Pontificem expellit, & in factionis Sergianæ cives gladio animadvertit; haud secus quàm ante Carolus fecerat, Leonem Pontificem ab injurijs factioforum civium vindicando. Hoc simili beneficio provocatus Formosus Pontifex Arnulphum Imperatorem inungit. Haud nescio ab Italis scriptoribus vitio creatum scribi, eòque inter Imperatores ab his non censerì, quod & Otto Frisingensis suo ævo observavit: Verùm Germani plerique scriptores (quos inter accessit Brunnerus) legitimis eum suis Imperatoribus adnumerant. Nec causæ huic derogat, quod Formosi acta rescissa à Stephano VII successore, & corpus ejus è tumulo protractum in Tyberim sit projectum. Id civili furore actum, qualia ipsi Stephano post mortem pati necesse fuit. Certe postquam Formosi corpus à piscatoribus è Tyberi extractum delatumque; in Vaticanam Basilicam, Sanctorum imagines venerabundè salutasse visæ sunt; ne quid hic referam de elogijs, quibus scriptores Formosum exornarunt. Quibus factionum studijs Urbs & Pontifex, ipsidem Italia laborabat, alijs Berengarium, alijs Vidonem & filium Reges sibi deposcentibus. Ferre duos Reges necesse fuit, cum unum Imperatorem Germanum detrectarent Itali. Fugato Lamberto Rege, Arnulphus Camerini Ageltrudam matrem Regis obsidet. Versuta foemina, cum aliter se expedire non posset, per corruptum auro ministrum venenum Imperatori præbuit; quo poto in veternum prolapsus, multum amisso animi vigore, ac paralyti etiam contracta in Germaniam redijt; post cujus discessum tota Italia defcivit ab Imperatore.

Brun. lib. 7.
an. Boicor.

Luitp. lib. 1.
c. 5.

Sigon. lib. 6.

Veneno
propinato
læsus Ita-
lia exce-
dit.
Cleinfor-
gus in
chron.
Auctor
Chron.
Mind.

Confir-
mat Fun-
dationem
Monaste-
rij Mol-
lenbecani

Hoc etiam Anno Forchemij Imperator confirmavit fundationem monasterij Mollenbecani in Westphalia; id quod nobilis matrona Hildeborchia in diocesi Mindensi è suis bonis condidit. Tabulas recitat Cleinforgius germanico idioma, malè consulto nobis mo-

re; tantum e-
nulfu invicti
mari Archica-
nationis Do-
imperij ejus

Produ-
rogent Arnul-
decoravit. Th-
burgensis Ep-
sules pro arbi-
Colonienfes,
modò etiam t-

Arnulph-
tiam ad comi-
mitate Imperi-
co filio, quem
comitesque Re-
cum filio in g-
pulchrum D. E-
ac Saltzæ in pa-
compositis, Ra-
ubi Bohemoru-
injurijs Moravie
indixit, & intul-
tudine defensa

Decessera-
rogatus Stepha-
interque cetera,
troversiam inte-
tractatum; ma-
ut litem ex integ-
rum frustra hæc
toris & Episcopo-
ni resciderit pot-
tione omnia co-

Memorabi-
quo Deus D. Me-
est, quem à mor-

re

re; tantum ex latino autographo hæc reliquit. Signum Domini Arnulphi in Diece-
 nulphi invictissimi Imperatoris. Ernustus Notarius ad vicem Theod. si Min-
 mari Archicapellani recognovit. Data Idibus Augusti, Anno Incar- densi,
 nationis Dominicæ DCCCXCVI, Indiæ. XIV, regni Domini Arnulphi IX,
 imperij ejus I. Actum in Forcheim.

Produnt hæc satis, quàm malè quidam Imperatoris titulum ab-
 rogent Arnulpho, quem ipse sibi tribuit, quoque tota eum Germania
 decoravit. Theotmarus, qui hic Archicapellanus aulæ notatur, Salis-
 burgensis Episcopus est: hujusmodi enim sacrorum aulicorum præ-
 siles pro arbitrio sibi deligebant Imperatores ac Reges: quales modò
 Colonienfes, modò Moguntinos, modò Trevirenses Archiepiscopus,
 modò etiam sapientia & virtute conspicuos Episcopos fuisse constat.

Annus Christi 897.

Stephani VII Pont. I.

Arnulphi Germ. Regis II. Imp. 2.

Bifonis Ep. Pad. II.

Arnulphus hinc viribus sensim receptis, mense Majo Worma-
 tiam ad comitia procerum digressus. In his cum multa pro incolu-
 mitate Imperij constituta sint; tum verò Optimates sibi ac Ludovi-
 co filio, quem Successorem destinabat, novo sacramento obstrinxit;
 comitesque Regni Lotharingæ, quos Zwentiboldus bonis exuerat,
 cum filio in gratiam reduxit. Inde Fuldam religionis causa ad se-
 pulchrum D. Bonifacij profectus est; Fulda in Thuringiam discessit,
 ac Saltzæ in palatio regio Saraborum legatos audivit. Rebus istis
 compositis, Ratisbonam, quam urbem præ ceteris coluit, se contulit,
 ubi Bohemorum legati accessere Imperatorem, multum questi de
 injurijs Moravorum. Nec segnis Imperator bellum impotenti genti
 indixit, & intulit. Saxonia interim Ottonis generi ac ducis forti-
 tudine defensa stetit.

Decefferat sub exitum prioris anni Formosus Pontifex, cui sub-
 rogatus Stephanus VII. Pessimo is exemplo acta Formosi rescidit;
 interque cetera, ut Crantzius perhibet, judicium Formosi, quo con-
 troversiam inter Colonienfes & Bremenses Episcopos deciderat, re-
 tractatum; mandatque ob id Fulconi Rhemenfi Archiepiscopo,
 ut litem ex integro resumeret, & Francofurti utrumque audiret. Ve-
 rum frustra hæc agebantur, cum omnia Colonienfis, fultus Impera-
 toris & Episcoporum sententia, dilueret. Quanquam & acta Stephe-
 ni resciderit post Joannes IX Pontifex, adeo tum Romæ Sergiana fa-
 ctione omnia conturbata erant.

Memorabilis hic annus Paderbornensibus, ex illustri miraculo,
 quo Deus D. Menulphi sepulchrum exornavit: siquidem hic annus
 est, quem à morte ejus quinquagesimum esse volunt, Arnulpho Ro-
 mano.

Gg 2

mano.

Corpus
S. Menulphi elevatur.

manorum Francorumque Rege, & Bifone Episcopo. Enim vero dum in Bodecensi Basilica solemniter sacrificium Missæ perage- retur, ac Diaconus Evangelium caneret, xv Calend. Februarij cippus, qui Sepulchro Menulphi impositus erat, magno sonitu in quatuor partes rumpitur, attonitis omnibus, qui aderant; ac mox ubi ad sacræ hostiæ elevationem perventum est, ingenti rursus fragore idem lapis in minuta frustra sectus dissilit. Rei novitate obstupesci facti accedunt ad sepulchrum, videntque terram, qua tumba intacta fuerat, secessisse in latera sepulchri, ipsumque sarcophagum totum se in conspectum dedisse; simul tam suavis odor afflatus est sepulchro, tanquam his signis ostenderet Deus, elevationem corporis faciendam. Quæ ubi ad Bifonem Episcopum relata sunt, atque ille inter incerta fidei hæc haberet, censuit sepulchrum sua humo & lapide rursus integendum; quo factò haud multò post sepulchrum submoto cippo arcana vi disjicitur. Consultus denuo Episcopus, nec quæquam ratus divinæ monitionis subesse, jubet denuo sepulchrum componi. Inter hæc D. Menulphus presbytero Meinhardo in proxima Attelensi parochia se per somnum offert monetque, Episcopum adeat, & pro ostensis signis ossa honorificentiori loco collocet. Id cum presbyter quoque iterato monitus negligeret, ratus se vana imagine deludi, tertium se offert Menulphus, cæcitatem comminando, à qua non prius liberandus, quam iussa expleret. Manè ubi diluxit, oculis se captrum advertit. Ita cæcus, manuque ductus ad Episcopum, exponit, quid sibi evenerit, quid D. Menulphus fieri velit. Tum tandem Bifonem Episcopum intelligens, ac sibi etiam metuens Bodekam cum Sacerdotibus proficiscitur, & solemniter corpus D. Menulphi à terra levatur, ac publico cultu venerandum exponit. Vix dum hæc præstita sunt, cum Meinhardo presbytero visus est redditus. Inde Menulphus affluente undique populi multitudine cœlestibus beneficiis longè illustrior; quorum multa miraque, ut supra diximus, posterorum scriptis excepta tenemus.

Annus Christi 898.

Stephani VII Pont. 2.
Arnulphi Germ. Reg. 12. Imp. 3.
Bifonis Ep. Pad. 12.

Regino.

Nihil per hæc tempora fortunatius, quam pax & otium, quo Saxonia fruebatur: non bella cum Barbaris, non intestina procerum dissidia; eò Episcoporum studio florentissima religio. Ac ne Sclavi Moravique Thuringiam & superiorem Saxoniam infestarent, Arnulphus Rex in Bavaria excubabat, immisso etiam exercitu in Barbarorum regiones, quos per duces suos multis cladibus attrivit. Turbatius Lotharingæ Regnum. Nam ex quo Zwentiboldus Rex Reginarum Comitum, virum belli pacisque artibus inclutum, insectatus, ce-

teros

teros ille Co-
gratia Zwen-
bus Reginari-
gravi bello se-
nus ceteriq;
extincto, to-
valido exerci-
acies opposit-
arbitri interv-
dus Rex Aquit-
bus commer-
ob veneratione
Rheni vectig-

In nomi-
cordia Dei Rex
turorum prude-
Werdina, nostr-
nostro regno su-
gia, quæ priore.
precepti auctori-
interventu hon-
stri liberalissime
que in nostro re-
quod dicitur Fri-
mancipii et lib-
ter stabilitam.
num sunt, à telo-
tos indigent, em-
eorum hominib;
agat, nec ad pul-
advocatus eorum
tis concessio firm-

Signum Domini
vicem Re-
Data V J
anno vero
latii in De-

teros ille Comites in partes traxit, rebellionem cœptando. Ejus rei gratia Zwentiboldus mense Majo Aquisgrani comitia habuit, in quibus Reginarium malevolorum calumnijs oppressum proscrispsit, & gravi bello se implicuit, quo de regno periclitari cœpit. Nam Reginarius ceteriq; offensi Comites Carolum Regem, ad quem Odone Rege extincto, totum Franciæ Regnum transferat, imploravere. Is cum valido exercitu Germaniam intrarat. Jamque Zwentiboldi & Caroli acies oppositæ stabant, decertaturæ pro summa rei; quum opportunè arbitri intervenientes pace acies structas solvunt. Interim Zwentiboldus Rex Aquisgrani, ut beneficus in religiosorum cœnobis à scriptoribus commendatur, inter ceteras donationes Werthinensi cœnobio ob venerationem D. Ludgeri conditoris, privilegia confirmat, & à Rheni vectigalibus immunitatem facit; diploma hîc subjiciam.

Miræus in not. Belg. Broverius lib. 9. ann. Chaplav. lib. de Episc. Tung. Zwentiboldus Werthinenses immunes reddit à vectigalibus Rheni &c.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Zwentiboldus misericordia Dei Rex. Comperiat omnium fidelium nostrorum presentium et futurorum prudentia, qualiter fratres monasterii S. Ludgeri, quod dicitur Werdina, nostra suggererint Dominationi, quatenus se ipsos et quæ sua in nostro regno sunt, sub nostro patrocinio et tuitione susciperemus, et privilegia, quæ priores pro tuitione illi monasterio contulerunt, nostri dignaremur præcepti auctoritate firmare. Quorum suggestionibus ob amorem Dei, et interventu honorabilis Radbodi Trevirorum Episcopi, et Odonis fidelis nostri liberalissimè annuentes, volumus, ut sub nostro mundiburdiores quascunque in nostro regno habent, secure possideant, donationem sive illius fisci, quod dicitur Frimersheim, sive aliarum quarumcunque possessionum, cum mancipiis et sylvis, pratis et omni integritate ratam teneant, et inviolabiliter stabilitam. Item concedimus eis, ut in omnibus mercatibus, qui per Rhenum sunt, à teloniis sint liberi, nec aliquod exigatur, ubicunq; ad suas utilitates indigent, emere aut vendere. Item præcipimus, ut nullus iudex publicus in eorum hominibus habeat ditionem, sed advocatus eorum super ius justitiam agat, nec ad publicum mallum quispiam succlamationem faciat, priusquam advocatus eorum appellarit pro justitia facienda. Et ut hæc nostra auctoritatis concessio firmior in Dei nomine perseveret, manu propria ea firmavimus.

Signum Domini Zwentiboldi gloriosissimi Regis, Waltgerus Notarius ad vicem Ratpoti Archiepiscopi summiq; Cancellarii recognovi. Data V Idus Maji, anno Incarnationis Domini DCCCXCVIII anno vero Regni piissimi Zwentiboldi III. Actum Aquisgrani palatii in Dei nomine feliciter Amen.

Annus Christi 899.

Stephani VII Pont. 3.
Arnulphi ultimus.
Bifonis Ep. Pad. 13.

Adcrat

Brun. lib. 7.
ann. Rege.
Obitus
Arnulphi
Reg.
Geim.

Aderat nunc annus Christi 899 Imperio fatalis, quo Arnulphus Imperator, & Germaniæ Saxoniamque Rex, III Calend. Decemb. excessit e vita, religione, virtute bellica, & rebus præclarè gestis inter præstantissimos Reges numerandus. Celebrant Boici scriptores ejus munificentiam in Ecclesias suas; quam & nos liberalitatis ejus tabulis ex Saxonia testatam fecimus. Sigebertus phitiriasis morbo confectum refert; de quo Regino aliique eorum temporum scriptores silent, memorantque Otingæ in Bavaria ad patris tumulum compositum; quem tamen Ratisbonæ ad S. Emmerannum Otto Frisingensis sepultum monstrat. Inde nunc ab excessu Arnulphi, quem ultimum Imperatorem, ætas illa ex Caroli M. stirpe vidit, progredimur ad decimum à Christo sæculum. Tam fluxa humanarum rerum spes, tam citus familiarum illustrium interitus: Imperium, quod Carolus M. anno primo hujus sæculi in familiam induxerat, id ultimo ferè ejus sæculi clauditur in Arnulpho; tanquam intra fatalem hanc periodum fortuna circumscriptisset Carolinæ stirpis gloriam.

Annus Christi 900.

Stephani VII Pont. 4.
Ludovici III Reg. Germ. 1.
Bifonis Ep. Pad. 14.

Succedit
in regno
Ludovici
III
Regis
Arnulphi
filius.
Regino.

A quo
privilegia
Corbei-
ensium
confir-
mantur.

A cognita Arnulphi morte, proceres & Optimates Regni Forchheimij congregati in comitijs Ludovicum filium, quem ex justo toto suscepit, unicumque heredem reliquerat, intra primos annos Regem dicunt, regijque ornamentis indutum in throno collocant. Et quia ætas immatura regno moderando, tutores dati Hatto Moguntinus Archiepiscopus, vir perspicacis ingenij: & Otto dux Saxoniam, quod Lucardam Ludovici sororem in matrimonio haberet, quiq; inter ceteros Germaniæ proceres auctoritate, prudentiâ, omnibusque belli ac pacis studijs longè eminentissimus in principatu annum agebat. Horum ergo moderatione Germaniæ Regnum administravit Ludovicus; assertumque honori ejus Regnum, quod in Germania ex Caroli M. stirpe unicus atque ultimus ea tempestate superesset heres. Ab hujus Ludovici Regis munificentia Corbeienfes primo statim anno privilegiorum suorum confirmationem impetrarunt. Id quia ultimum quoque ex Carolinæ stirpis Regibus diploma possidemus, Triburiæ ad Rhenum consignatum, hinc adicere placuit.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis HLudovicus divina favente gratia Rex. Si petitiones nostrorum fidelium, quas pro utilitatibus Ecclesiarum Dei nobis suggererint, ad effectum perducimus, ad æternæ retributionis augmentum id nobis profuturum liquido credimus. Unde noverit omnium fidelium nostrorum presentium et futurorum industria, qualiter per interventum venerabilis ac Dilecti Comitis nostri Conradi monasterium quoddam nova

Cor-

Corbeia nomi-
nem ac muna-
cessorum nost-
corroboramus
actionibus et
et Rectores ip-
gantur, sicut a
pro nostra me-
tra ipsam Abb-
mercatum et r-
ipforum advoc-
intra marcam
ab exordio conj-
in eorum præce-
habeant fratre
quandiu ad ho-
stra auctoritati
nu propria affir-

Signum D

Ernestus Cance-
Data III.
Indict. III.
ne felicitate
Læta on-
patris majorum
res in Zwentib-
tur. Eoque p-
palam Ludovi-
Lotharingiæ v-
maniam Monar-
uni Carolo ad-
gere proceres,
hi in Regem su-
gusti commissi
ingenij Zwent-
deri potest; qu-
mines & Ecele-
Sigebertus refe-
tem non evasiss-
in Susterensi Vi-
Deo consecrata

Corbeia nominatum, cui præest fidelis noster Borvo Abbas, in nostram tuitio-
nem ac mundiburdium suscepimus, et omnes concessionem seu donationes ante-
cessorum nostrorum eidem cœnobio collatas nostra auctoritate firmamus atq;
corroboramus. Videlicet ut et immunitatem habeant ab omnibus publicis ex-
actionibus et judiciariis potestatibus; Homines ejusdem Ecclesiæ liti et Coloni,
et Rectores ipsius monasterii in expeditionem cum suis hominibus ire non co-
gantur, sicut à nostris progenitoribus olim eis concessum fuisse constat, sed et hoc
pro nostra mercedis augmento ad eorum utilitates addere decrevimus, ut in-
tra ipsam Abbatiam in villa Horobusum nuncupata, publicum eis liceat habere
mercatum et monetam, et ibi potestatem habeant accipiendi telonium, quod
ipsorum advocatus nostro exigat barro ab his, qui illuc causa emendi veniunt,
intra marcam memoratæ villæ et montis Eresburg nuncupatæ. Præterea quod
ab exordio constructionis ejusdem monasterij à nostris antecessoribus concessum
in eorum præceptis cognoscitur. Nos quoque iterum confirmamus, ut licentiam
habeant fratres illius loci eligendi inter se Abbatem, dum ita res postulat,
quamdiu ad hoc idoneam inter se personam potuerint invenire. Et ut hoc no-
stra auctoritatis præceptum plenior in Dei nomine obtineat firmitatem ma-
nu propria affirmavimus, et annuli nostri impressione signari iussimus.

Signum Domini HLudovici



Serenissimi Regis.

Ernestus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicappellani recognovi et ffs.
Data III Iduum Octobrium die, anno Incarnationis Domini DCCCC
Indict. III. anno Domini HLudovici I. actum Triburias in Dei nomi-
ne feliciter amen.

Læta omnis Germania Ludovico Rege, in quo sibi Arnulphi
patris majorumque felicitatem pollicebatur. Dispari animo proce-
res in Zwentiboldum ferebantur, quem Regno gravem averfaban-
tur. Eoque processere exacerbatorum iræ, ut primum clam, deinde
palam Ludovico obviam progressi ad Theonis villam Regnum illi
Lotharingiæ veterisque Austrasiæ deferrent, quò totius in eo Ger-
maniæ Monarcham attollerent; haud secus quàm Franciæ Regnum
uni Carolo addictum videbant. Sed eo magis Zwentiboldus affli-
gere proceres, exuere Comites honoribus, incolas vexare prædis : &
hi in Regem suum insurgere; dum prælio inter utrosque Idibus Au-
gusti commisso Rex occumberet. Vehementis quidem elatique
ingenij Zwentiboldus; qui tamen scriptores acerbiores nactus vi-
deri potest; quòd ab aliis princeps æquus, pius, & in religiosos ho-
mines & Ecclesiæ Regni sui liberaliter munificus memoretur. Sanè
Sigebertus refert, quotquot eo prælio vulnerati fuerunt, eos aut mor-
tem non evasisse, aut sanari deinceps non potuisse. Corpus cæsi Regis
in Susterensi Virginum cœnobio humo conditum, in quo tres filias
Deo consecratas habebat, religiosarum virtutum commendatione
illustrio-

Zwenti-
boldo oc-
cifo Lo-
thatingiæ
Regnum
ad Ludo-
vicum
devolvi-
tur.

illustriores, quàm regio sanguinis decore. Unde barbarum ei Zwentiboldi nomen adhæserit à familia Carolina alienum, haud aliunde suspicari licet, nisi quod juvenis bello acer, multa felicia prælia commiserit cum Zwentiboldo Moravorum Sclavorumque Rege.

Annus Christi 901.

Joannis IX. Pont. 1.
Ludov. III Reg. Germ. 2.
Bifonis Ep. Pad. 15.

Ludovico impubere, Imperium à proceribus & Hungaris patitur.

Sublato Zwenteboldo Regnum Lotharingæ, quo vetus Austria continebatur, ad unum Ludovicum adactum, quem totius Germaniæ Monarcham ætas illa vidit, sed immaturæ ætatis moderatio ne penes tutores relicta; eò multa simul mala incurrere in Imperium. Nam & duces inolescere, & pro temporaneis Regum ministris hereditarios sensim se ferre: Comites assurgere supra sortem muneris, ceteri procerum cum his affligere Episcopos, omnes spolia & prædas sibi indulgere, & sensim firmare hereditarias possessiones; quod nec in tutoribus auctoritas esset refrenandi, nec in Rege maturitas puniendi. At malorum summa à Barbaris. Ungari enim (quos Hunnos veterius dixeris, gentem ex Scythia egressam, effusamque; deinde in Pannoniæ & Moraviæ fines) postquam didicere Italiam Principum factionibus scissam, & Germaniam Arnulphi Imperatoris morte conturbatam, regique à Ludovico impubere adolescente, bipartito exercitu irruptionem faciunt; & altero quidem Longobardorum fines ingressi, rapinis, cædibus, & incendijs cuncta devastant. Objecere se quidem Longobardorum incolæ in unum agrum conglobati: at cæsi à Barbaris. Qua strage innumerabilis multitudo Christianorum Hunnorum sagittis, quibus valebant, confossa, multiq; Episcopi & comites trucidati sunt. Altero verò exercitu per Pannoniam in Carentorum, & Bovariæ regiones effusi pari crudelitate sæviunt in Christianos. Hæc belli Ungarici initia, quod in multos annos extractum, & in viscera deinde Saxoniam nostræ penetravit.

Annus Christi 902 &c.

Joannis IX. Pont. 2. &c.
Ludovici III Germ. Reg. 3. &c.
Bifonis Ep. Pad. 16. &c.

Germania intestinis alijsq; bellis turbata.

Ann. 903.

In Germania quidem per id tempus adhuc quies à Nortmannis & Sclavis; sed omnia intestinis dissidijs & Comitum æmulatione pro Regis adolescentiâ plena. Quos inter Albertus Bambergensis Comes, Ottonis Saxonis ex filia nepos, castro, quod præmunitum habebat, confisus, prædatorum copias contrahit, adjunctis sibi Adalhardo & Henrico fratribus; quorum ope vicinos Episcopos, cum primisque Rudolphum Herbipolensem Episcopum, fratres Comites,

Comites, vi-
festo homin
Gebhardum
interemptus
solentiam ar
collectisqu
Conradus H
gis pater, un
contrahit, ille
Weteraviam.
Conradum, c
turma, mult
lore & indign
mitia indicit
pronunciatur
bergenfi cum
scopi dolo ex
interposita, ta
septennium re
mnatus capita
postea Episcop
multum discep
dem verum, qu
ratione finit hi
bus desperatis
gis dedisse, null
ror à Serrario in

Per hæc d
se effundunt, fl
Leopoldus Boj
Ungaris ad Ana
talis hæc toti G
veteres appellar
transmisso, ex
originem traher
& Alemanniam
percurrunt, quæ

Ad hæc cal
ducimus cum A

Comites, vicinasque regiones spolijs evastat. Episcopus ut se ab infesto homine liberaret, armat utrumque fratrem Eberhardum & Gebhardum, à quibus Albertus profligatus; illorum tamen alter interemptus, alter captus. Hac necessitate Episcopi ob comitum insolentiam arma induere coacti. Nec tamen quievit Albertus Comes, collectisque rursus copiis Hassiæ extrema minuitur. Quo cognito, Conradus Hassiæ Comes, nepos Ottonis ducis ex filia, & Conradi Regis pater, una cum Gebhardo Comite equitum peditumque copias contrahit, ille ad Frislarium, attractis etiam Saxonum copiis; hic per Weteraviam. Albertus simulando se ire in Gebhardum, arma vertit in Conradum, quem desertum à suis, pugnantemque unâ cum superstite turma, multis vulneribus confossum interemit, magno omnium dolore & indignatione. His exacerbatus Ludovicus Rex Triburiæ comitia indicit; ad quæ Albertus vocatus, cum se non sisteret, hostis pronunciat; & mox etiam exercitu regio obsessus in castro Bambergensi cum expugnari non posset, Hattonis Moguntini Archiepiscopi dolo extractus est, quod incolumitatem promitteret, fide sua interposita, tantum supplicem se Regi sisteret. At postquam homo per septennium rebellis in manus Regis pervenit, V Idus Septembris damnatus capitali supplicio afficitur. Bona regio Fisco addicta, quibus postea Episcopatus Bambergensis dotatus. Factum Archiepiscopi multum disceptant scriptores, cum primisque Otto Frisingensis, si quidem verum, quod ventilatum à Serrario. Certè Regino, qui hac narratione finit historiam suam, ceteris integrior perhibet Albertum rebus desperatis à castro supplicem processisse, ultroque se in fidem Regis dedisse, nulla cujusquam doli mentione facta, quod equidem minor à Serrario in defensionem Archiepiscopi non proferri.

Regino.
Sigebertus.
Grantius.
Dilichius.
Broverius.
Ursbergens.
Otto Frising.
aliqui.
An. 908.

Per hæc dissidia Germanorum Ungari audaciores in Boariam se effundunt, flammis & cædibus grassando: ad quam irruptionem Leopoldus Boariæ dux exercitum contrahit, & infelici prælio cum Ungaris ad Anasiburgum Austriæ Oppidum congressus cæditur. Fatalis hæc toti Germaniæ clades fuit, qua Dux ipse, quem Luitbaldum veteres appellant, telis confixus perijt, Ducatu in Arnulphum filium transmissio, ex quo primam Baviariæ & palatinorum duces feruntur originem trahere. Ungari hac victoria elati non modò Boariam, sed & Alemanniam, Franciam Orientalem, Thuringiam & Saxoniam percurrunt, quæ una omnium scriptorum comploratio est.

Annus Christi 908.

Sergij III. Pont. 1.
Ludov. Reg. Germ. 9.
Bifonis Ep. Pad. 22.

Ad hæc calamitosa Saxoniam tempora, & ad hunc annum producimur cum Adalgario Bremensi Episcopo vitam quoque Bifonis

Hh

Pa

Bifonis
episcopa-
tus ad
hunc an-
num pro-
ductus,
que veri-
similiter
obiit.

Adamus
Brem. c. 42

* 908, 909.
secundum
Spondanum
& Baroni-
um.

Paderbornensis Episcopi nostri, qui Christi fuit 908 Sergij ejus no-
minis III primus. Nam hic novus Pontifex rescidit acta Formosi &
Joannis IX Pontificum; ideoque inter cetera etiam Adalgarium Bre-
mensis Archiepiscopum suo honori restitutum voluit. Is verò quòd
jam ob senium esset invalidus munerì, ut nec circuire dioecesis, nec
populum docere, nec consecrare sacerdotes amplius posset, adjuto-
rem impetravit à Corbeienfi Monasterio Hogerum monachum, vi-
rum eruditione & religione præstantem. Ac ne quid etiam ultro desi-
derari posset ad Episcopatus muneris supplementum auxiliumque,
dati sunt ei, inquit Adamus Bremensis, *adjutores à Papa quinque circum-
vicini Episcopi, Strunundus Halberstadiensis, Wigbertus Ferdensis, Bisio Pa-
darbornensis, Bernarii duo, Mindensis scilicet et Osuabrugensis, quorum ope
senex fulciretur.* Ac ne fidem hic etiam ab Adamo requiras, *ad manus
sunt, inquit, privilegia Sergii Papæ, quibus hæc continentur Adami Bre-
mensis testimonia.* Repetit hæc iisdem verbis Albertus Stadenfis in
suo chronico. Constat autem Sergium hæc eis * annis Pontificatum
gessisse; altero que etiam ab hoc anno Adalgarium obiisse, ut Biso mi-
nime ad hunc annum superstes cognoscatur. Quem hunc annum Bi-
sonis extremum statuimus, tum quòd nullam ejus ab hoc anno me-
moriã amplius inveniamus; tum quòd Auctor vitæ Meinweri scri-
bat Bisone[m] xxiii annos in Episcopatu exegisse, per quos fere hæc tenus
vitam ejus deduximus. Ex quibus erroris comperti Bruschius, Clein-
forgius, Kerfenbrochius, aliq., qui anno 902 obiisse tradunt. Gravius
etiam hallucinatus est Crantzius, qui ex anno 890 mortem assignat.
Exploratus est obitus dies ex veteri necrologio Herifienfi, in quo legis
V. Idus Septembr. Bisone[m] excessisse ad immortalem vitam. Præcla-
rus sanè per Saxoniam christianæ religionis flore Episcopus, præstans
eruditione, sacrorumq; monumentorum amans, cui ob id acta Libo-
rij dedicavit auctor. Sapientiam commendant tot Episcoporum sy-
nodi, quibus pro disciplina cleri populiq; instaurando toties interfu-
it. Nec minori apud Reges auctoritate valuit, quod diplomata ac be-
neficia testantur. Sed longè dignior apud posteritatem memoria inte-
gritate vitæ & religionis proferendæ studio; quales tum omnes Sax-
oniæ Episcopi conspiciantur, cum publicè dioeceses obirent, & po-
pulum suum publicè pro concione docerent, severamque in clero &
religiosorum cœnobijs disciplinam exigerent ad prima omnium in-
stituta; quod tot synodi ejus ætatis nos docere possunt. Auctor est
Bruschius & Cleinforgius, à Bisone conditum esse monasterium Virgi-
num, quod Herivordix extra urbem in colle conspicitur: Sed id veri-
us Meinwercum Episcopum Conditorum suum præfert, cum B. Vir-
go se illi offerret aspectabili visu; nisi exordia ad Bisone[m] referte
placeat, nam hujusmodi multa antiquitas nobis subtrahit, quorum
plura ex rebus à Bisone præclare gestis desideramus.

THEO.

TH

Hungarorum
vestigia
in diocesi
Paderbornensi.

Multa ex hoc bello vestigia per Westphaliam, quod aliquot annos in ea habuisse referantur. In Paderbornensi diocesi ad Almam fluvium Hunnorum mons ostenditur, in quo castra locarunt; haud secus quam Wevelsburgum arcem aut ab Hunnis aut ab ipsis incolis praemunitam volunt: & in conspectu Brakeliae Oppidi mons castro munitus ab Hunnis servare nomen fertur. Uffingus Hertzfeldiae ad Lupiam aedem sacram D. Idae ab Hunnis spoliata refert, & cum turri flammam admovent, divinitus repulso esse. Inde ad Rhenum perlati Geresheimense coenobium ignibus absumperunt, eoque Virgines ab Hermanno Archiepiscopo Coloniam translatae, S. Ursulae Parthenonem incoluere. Haec illa vexatio secunda Saxoniae, quam Widekindus memorat, nulla tamen sui coenobij Corbeiensis ruina memorata; tanquam incussa a vento tempestatis instar certa loca pervaserit. Quanquam & Scythorum ex ea aetate desideres, a quo Hunnica illa in Saxoniam irruptio explicatius tradatur, quam ceteri verbum tantum delibarent. Neque Widekindi Corbeiensis monachi historiam habere, nisi eam nostra memoria viri antiquitatum amantes post Martinum Frechtum hominem suevum è latebris produxissent. Et quam funesta haec tempora Westphaliae ex Hunnorum barbarie causam non aliunde magis arcesso, quam ex longo otio, pace, & vitij etiam per luxum irrepentibus, quae Deus Barbarorum irruptionibus castigare solet; unde & arma in bellicoso populo multum oblanguerant.

Annus Christi 910 & 11.

Anastasi III. Pont. 1. 2.

Ludov. III. Germ. Reg. 11. & 12.

Theodorici Ep. Pad. 3. 4.

Regino.
Annales
Boici.
Aventing
lib. 4.
Brunnerus
lib. 7.
Lamb.
Schaf.

Successit annus Christi nongentesimus decimus, Germaniae superiori calamitosus. Quippe Hunnorum gens, quae Bojariam invaserat, late liberèque grassabatur: ad quam refrenandam Ludovicus Rex contraxit exercitum ex Bojis, Francis Orientalibus & Alemanis; congressusque ad Lycum fluvium in campis haud procul ab Augusta Vindelicorum urbe miserabilem cladem accepit: qua victoria elati Barbari totam propè Germaniam superiorem impune pervagantur. His malis Ludovicus Rex in tantam angustiam conjectus, ut pacem auro, & quod foedum germanico nomini, annuo tributo redimere debuerit. Affecit hic iste calamitatis aspectus tanto dolore Ludovici Regis animum, ut fatalem morbum contraxerit; quo invalescente sub exitum hujus anni, seu ut alij ineunte proximo anno, Ratisbonae extinguitur, juvenis haud annum aetatis xviii egressus, quocum Carolina stirps per Germaniam simul extincta est.

Mors
Ludovici
III Germ.
Reg.

Quod si quibusdam haecenus in commemorandis simul Caesarum ac Regum Germaniae rebus gestis prolixiores visi sumus, quam particularis historiae institutum ac brevitatis patiat, meminere illi

nos

nos primam
ijs res gestas
ut nunc post
Henricum Sa
Imperatorem
que gloriosar

Sublato

rat, conveni
penes Archiep
tis consilij ag
non alium, qu
esset Carolus
libus, quam v
endam. Tum
Orientalium et
ponere; ipse ven
ejus tamen co
Regem. Tant
phaliam Duc
quam contem
interim, ut ait
ium, atque eju
mum suffragan
ctus est; Regn
rat, electione li
cognomento si
creatus est, id si
manis viam libe
rolo alterum Re
sanguine quare
dum Regem Lu
radus Hassiae Co
us feratur, id ex
nolpho nullos f
& in ipso Ludov
regentium Otto
tuit, si id Conra
Rex postea id reg
fratre suo Eberh

nos primam originem Francorum ex Westphalia deduxisse, & cum
ijs res gestas genti nostræ debitas narrasse, atque ita profecutos esse,
ut nunc post Conradum primum à Germanis electum Regem, ad
Henricum Saxonicæ gentis Regem, & Ottonem filium ejus primum
Imperatorem Regnum & Imperium à Francis in Saxoniam, eandem-
que gloriosam gentem reducturi simus.

Annus Christi 912.

Joannis X Pont. 1.

Conradi Reg. Germ. 1.

Theodorici Ep. Pad. 5.

Sublato Ludovico Rege, quòd nullum heredem filium relique-
rat, convenère Germaniæ proceres, quorum summa potestas erat
penes Archiepiscopos, Duces & Comites: quos inter postquam mul-
tis consilijs agitatum de Rege eligendo, una omnium consensus fuit
non alium, quàm ex gente sua sumendum: tametsi in Gallia super-
esset Carolus cognomento simplex ex Carolina stirpe, clarior nata-
libus, quàm virtute bellica aut ingenio ad tantam rei molem capi-
endam. Tum verò, ut Widekindus scribit, *Omnis populus Francorum*
Orientalium et Saxonum querebat Ottom Saxoniam Duci diadema regni im-
ponere; ipse verò, quasi jam gravior atate ac senio recusabat imperii onus;
ejus tamen consultu Conradus quondam Francorum Dux ungitur in
Regem. Tanta nimirum Ottonis clarissimi per Ostphaliam & West-
phaliam Ducis apud Germaniæ proceres æstimatio & gloria erat,
quàm contemptione Regni multo illustriorem fecit. Penes Ottonem
interim, ut ait Widekindus, summum semper & ubiq; mansit impe-
rium, atque ejus consilio cum summa quæque deferrent, liberis pri-
mum suffragationibus Procerum Conradus Germaniæ Rex dele-
ctus est; Regnumq; quod à Carolo M. in posteris hereditarium fue-
rat, electione liberum fecerunt. Quantumvis Galliarum Rex Carolus
cognomento simplex Ludovici Balbi filius, qui ex Carolo M. stirpe pro-
creatus est, id sibi vindicare potuisset. Quanquam & Galli ipsi jam Ger-
manis viam libertatis aperuerint in Odone Saxonico, quem vivo Ca-
rolo alterum Regem suum delegerant, Regem magis ex virtute, quàm
sanguine quærentes. Quod autem scriptores quidam hunc Conra-
dum Regem Ludovici Regis nepotem velint, eò quòd pater ejus Con-
radus Hassiæ Comes, quem ab Alberto occisum diximus, Arnulphi fili-
us feratur, id ex prisca eorum temporum scriptoribus refellas, qui Ar-
nulpho nullos filios præter Zwentiboldum & Ludovicum tribuunt,
& in ipso Ludovico Carolinam stirpem defecisse scribunt. Et quo ju-
re gentium Ottoni Saxoniam Duci ante Conradum offerri regnum po-
tuit, si id Conrado hereditario jure debebatur? aut quo jure Conradus
Rex postea id regnum Henrico Ottonis filio poterat offerre, neglecto
fratre suo Eberhardo, cui idem jus hereditatis erat? Quoniam autem
loco

Conradus
Dux
Franco-
rum eligi-
tur Rex
Germa-
niæ.

Brouverus
in ann.
Trev.
Regin. cont.
Widekind.
Adam.
Bremen.
Herm. contr.

loco corona Regni decoratus sit, aut à quo Archiepiscopo inunctus, nondum reperi in annalium memoria. Pronum est opinari id ab Hattone Moguntino Archiepiscopo factum esse, perinde ut Henricus Regni Successor à Moguntino Episcopo inungi voluit,


Annus Christi 913.

Joannis X Pont. 2.
Conradi Reg. Germ. 2.
Theodorici Ep. Pad. 6.

Experitur
plures
æmulos.
Siebertus.
Luitprandus
lib. 2. c. 7.
Widekindus
Corbeiensis
lib. 1.
Crantzius
lib. 2. Saxon.
c. 33.
Proverius
lib. 4. antiq.
Fuld.
Confir-
mat Privi-
legia
Mefche-
densium
vv.

Ceterum regni initia Conradus ardua, æmulatorumque invidia plena habuit; quos inter Arnulphus Bojariæ Dux Luidpoldo genitus, Burchardus Dux Sueviæ, Everhardus Comes potentissimus Franciæ Orientalis, Gisibertus Dux Lotharingiæ, Henricus Dux Saxoniam, alijque, qui surgentem Regem aspernabantur. Ac nullus potentior æmulus Carolo Galliarum Rege, à quo statim post mortem Ludovici Regis Lotharingiæ Regnum occupatum abstractumque à Germaniæ Regno. Eò arma, quæ in Ungaros & Barbaros vertenda erant, intestinum malum intervexit. Conradus interea ut Saxoniam periret, Fuldæ conventum procerum indixit; quo in loco mense Aprilis Fuldensibus Monachis regiæ liberalitatis diploma consignavit. Inde Castellam digressus 12. Martij Monasterio Virginum Mefchedensi, quod in oppido Ducatus Westphaliæ Rinhildis Franciæ Regina condidisse traditur, privilegia vetera confirmat. Tabulas hæc recitat Stangefolius in Westphalia sua.

In nomine Sanctissime et individue Trinitatis, Chounradus Rex. No-
verit omnium fidelium nostrorum presentium et futurorum industria, quali-
ter nos divino admoniti instinctu pro aeternæ remunerationis commercio co-
gitantes de Monasteriis ab Antecessoribus nostris constitutis, et ut etiam no-
stris temporibus justitia ab eis concessa fruantur. Quapropter Sanctimonia-
libus in Mefchede nuncupato propter amorem Dei et Sanctorum eius, sicut
rogavit nos Heriman venerabilis Comes noster, immunitatem atque electi-
onem, quam temporibus præcedentium Regum habuerunt, concedimus, ut
quandocumque necessitas evenerit, potestatem inter se Abbatissam eligendi
habeant, sicut hætenus habuerunt. Jussimus quoque præceptum inde con-
scribi, per quod volumus firmiterque jubemus, quatenus hæc auctoritas firma
stabilisque permaneret. Manu quoque nostra eam firmavimus, et annuli
nostræ impressione assignari jussimus.

Signum Domni Chounradi piissimi Regis. R——DS

Salamon Cancellarius ad vicem Piligrimi Archicapellani recognovit. Data XII Id. Martij, Anno Incarnationis Domini DCCCCXIII Indictione I Anno vero Regni Domini Chounradi II Actum Chassella feliciter in Dei nomine.

Et Cor-
beien-
um.

Sed jam antè, hoc ipso anno, Conradus Rex ipsam Westphali-
am ingressus erat Corbejæ ad Visurgim versatus cum aula; quo in lo-
co

co mense Fe
antiqua Cæ
te Regis, qu
In nomi
te Clementia
nostrorum, h
suggerunt, ad
spere peragen
quidò credim
quam futuri t
Martyrum S
dem Cænobii v
omnes concessio
dem loco conce
venerit, Abbat
dem monasterii
potestate Coloni
tur, sed coram a
rum Francorum
fidelibus nostris
beatur, atq. per su
manu subter ear


Signum

Salamon Cancellarius
Februar. anno
Serenissimi Reg
Haud dubium
bornam adieri
vastationis vest
garos jam ex hi
sub initium an
Fine hujus
signavit, Otto
manis excessit
num hæc refera
rissimum omne
modò tutorem
auctor est Wide
tissimum Saxon
decessu comple
Ducum, ac post
Widekindus cur

co mense Febr. Bovoni ejus nominis II Abbati, totique Monasterio antiqua Cæsarum & Regum privilegia roboravit, uti id ex diploma- te Regis, quod hic dabimus, satis constare poterit.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis Chuonradus divina largien- te Clementia Rex. Convenit nostræ regali Celsitudini, ut petitiones fidelium nostrorum, has præcipue, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum utilitatibus suggerunt, ad effectum perducamus, quoniam hoc et ad præsentem vitam pro- sperè peragendam, et ad futuram beatitudinem promerendam profuturam li- quidò credimus. Unde noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentis quam futuri temporis industria, quod venientes ad monasterium sanctorum Martirum Stephani atque Viti, nova Corbeia nuncupatum, rogante ejus- dem Cenobii venerabili Abbate Buobone, unà cum fratribus sibi commissis, omnes concessiones, quas priorum Regum temporibus habuerunt, firmiter ei- dem loco concessimus, præcipue ut potestatem habeant inter se, cum necessitas venerit, Abbatem eligendi, et à nullo Episcopo de dominicalibus mansis ejus- dem monasterii decima exigantur, neque à Comite, vel ex qualibet judiciaria potestate Coloni eorum et liti ad justitiam faciendam aliquo banno constringantur, sed coram advocatis ejusdem loci justitiam facere cogantur, sicut anteriorum Francorum Regum temporibus præfato monasterio concessum fuisse cunctis fidelibus nostris liquidò patet. Et ut hæc auctoritas nostræ largitionis firmiter habeatur, atq; per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, nostra propria manu subter eam firmavimus, atq; annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini Chounradi Serenissimi Regis.



Salamon Cancellarius ad vicem Piligrini Archicapellani recognovit, & ss. Data III Non. Februar. anno ab incarnatione Domini DCCCCXI II, Regni autem Domini Chounradi Serenissimi Regis anno II. Actum in ipso monasterio Corbeia in Dei nomine feliciter Amen. Haud dubium quin ex hac vicinitate Corbeia Conradus Paderbornam adierit, atq; inde etiam Herivordiam ad lustranda barbaræ vastationis vestigia deflexerit; quo facile etiam mihi persuadeo Ungaros jam ex his locis depulsos fuisse; aut certè Conradum Regem sub initium anni ad depellendos Barbaros in Saxoniam venisse.

Fine hujus anni, ac pridie Calend. Decemb. uti Dithmarus con- signavit, Otto Saxonie & Westfalie Dux senio prægravis rebus hu- manis excessit (quamvis alij ad consequentem, alij ad superiorem an- num hæc referant) vir quem ea tempestate belli paciq; artibus cla- rissimum omnes cum Ottone Frisingensi prædicant, quem ob id non modò tutorem Ludovici Regis, sed & Patrem Patriæ salutasse Saxones auctor est Widekindus Corbeienfis; perinde ut Luidprandus poten- tissimum Saxonum Ducem compellat. Quanto luctu Saxoniam in ejus decessu completa, tantum erecta in filio, quem reliquit, Henricum Ducem, ac post Regum etiam maximum mundoq; necessarium, ut Widekindus cum celebrant, qui primus libera potestate regnavit in Sax- onia.

Moritur Otto Dux Saxonie.

Duces ac
Comites
ex bene-
ficiarijs
heredita-
rios se fa-
ciunt.

onia. Haec tenus enim dum Cæsares & Reges ex Caroli M. stirpe Germania imperitabant ex hereditaria possessione, Duces omnes ac Comites temporaneo Cæsarium ac Regum beneficio; postquam verò cum Ludovico Rege Arnulphi filio extincta ea Caroli M. stirps, singuli propè Duces eas, quas tenebant provincias, sibi hereditarias suprema Principum potestate vindicare cœperunt. Tanquam Germania Regnum Imperiumque in spoliū venisset; haud secus quàm Alexandro M. extincto, Duces militiæ inter se Regna partiti sunt. Eò & Conradus Rex tanta ceterorum Ducum æmulatione petitus. Ducum exemplo etiam Comites se hereditarios ferre cœperunt; quod idem postea Gallia factum, extincta istic Carolina stirpe, memorant eorum scriptores. Non hac partitione indigebant Episcopi, quos uti Carolus M. inter Principes Imperij ante Duces, Marchiones & Comites in omnibus Imperij comitijs ac synodorum conventibus, atque ipsa descriptione suarum diocesium dignitate honoris & bonorum hereditate collocaverat; ita ceteri Imperatores ac Reges reliquerant, auxerantque honoribus ac bonis. Ideo Principum antiquissimi Episcopi, & honorificentissimi in omnibus conventibus, ex quo Christi religio in Saxoniam introducta. Quanquam qui postea consecrati sunt post Ottonem M. Imperatores, non omnibus Ducibus & Comitibus ea, quæ sibi ab excessu Ludovici Regis sumpserant, rata esse voluerunt, sed Imperatorum etiam beneficio capere principatus. Inde Imperatorum Vasalli haud secus quàm alij mansere, vinculo fidei & obsequij semper ad majestatem Imperij adstricti. At Henrico Saxoniae Duci, qui primus libera potestate principatum Saxoniae sibi adferuit, alia præ ceteris libertatis causa; quod ex patre Ottone avoque Ludolpho se ad Widekindi hereditatem successorem referret, eoque in multis per Saxoniam Westphaliamque possessionibus se Principem ferret; quemadmodum Henricus de Herivordia, Ludolphum hunc Saxoniae principem Cappenbergæ in arce paterna confedissee perhibet. Ne quid hic referam de alijs possessionibus, quas Widekindi nepotes amplo per Westphaliam dominatu tenuisse constat, ex quibus tot Collegia & Cœnobiaz regia propè liberalitate condiderunt.

Igitur Conradus Rex, ut Widekindus perhibet, cum saepe expertus esset virtutem bellicam Henrici novi ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem patris Ottonis: quo factum est, ut indignationem incurreret totius exercitus Saxonici: sic tamen pro laude et gloria optimi Ducis plura locutus promisit se majora ipsi daturum, et honore majori subvedendum: quibus cum Saxones non fiderent, suadebant Duci suo, ut si honore paterno nollet eum sponte exornare, Rege invito ea, quæ vellet obtineret, ultro illi suam opem et auxilium offerentes. At Conradus Rex, cum videret Saxonum animos à se avertos, nec posse publico bello Ducem tantam Saxonum potentiam subnixum obterere, ad alia consilia versus, statuit dolo necem inferre Henrico. Quam in rem adferunt Scriptores Conradum opera Hat-

Hattonis Archiepiscopi ad epulum de verò per ar licet Widekindi Imperator prandus, & altes. Quemadmodum supplicium calli, Reginonis tescopum, pene. Contra alij Scri clarum Episcopi alij enim moe ictum scribunt tinuat, Schafr & communi n rio ferè interm

Ann

Jo
Co
Th

Inter hæc æmulum sternam exercitu O Hassiam Eresb firmissimo We Eresburgum, d gnari veteri cor Eresburgum ne Paderbornensi Eberhardus, co dine, voce supe moenibus inclu provocati erant hosti, & tanta st co militum pos cœforum multi nulphus Bojaria copijs Alemann

Ann

Jo
Co
Th

Hattonis Archiepiscopi usum, à quo torques aurea facta sit, qui Henrico ad epulum invitato, nescio, qua mala arte, vitam adimeret; fraude verò per artificem detecta, Henricum hostiliter descivisse à Rege. Id licet Widekindus, Dithmarus, Marianus Scotus post tempora Ottonis Imperatoris Scriptores referant, ex alijsq; Otto Frisingensis, Luitprandus, & alij; fabulam potius ex vulgi fama quàm historiam reputes. Quemadmodum Hattonis dolum, quo Albertum è castro ad supplicium capitale pertraxisse voluit, inter eadem commenta populi, Reginonis testimonio, reposuimus, ex odio in Hattonem Archiepiscopum, penes quem tum post Regem summa rerum moderatio erat. Contra alij Scriptores Hattonem virum prudentem, strenuum ac præclarum Episcopum tradiderunt, Similia de mortis genere confinxere, alij enim mœrore confectum, alij in prælio cæsum, alij fulmine ictum scribunt; quem tamen auctor, qui Reginonis chronicon continuat, Schafnaburgensis, & Hermannus Comes priori anno placide & communi morte defunctum memorant. Hæc paucis, quæ à Serrario ferè intermissa, pro Metropolitano nostro interponere placuit.

Defenditur Hatto Archiep. Mogunt. à quo infidiæ Henrico Saxoniz Duci structæ sint.

Annus Christi 914.

Joannis X Pont. 3.
Conradi Reg. Germ. 3.
Theodorici Ep. Pad. 7.

Inter hæc Conradus Rex ut potentissimum primò Regni sui æmulum sterneret, vi aggrediendum censuit, immissoque in Saxoniæ exercitu Orientalium Francorum, Duce Everhardo fratre, per Hassiam Eresburgum expugnare consultum habuit, quo in castro & firmissimo Westphaliæ monumento Henricus se continebat. Scio Eresburgum, de quo hic agitur, ab alijs Meriburgum in Misnia designari veteri eorum errore, qui hæc duo loca malè confundunt, cum Eresburgum non aliter, quam ad fines Saxoniz & Hassiæ in Diocesi Paderbornensi requirendum sit. Aberat haud procul Eresburgo Eberhardus, confususque ingenti militum, quam trahebat, multitudine, voce superba dicere auditus: hoc unum se vereri, ne Saxones mœnibus inclusi se teneant, nec ad prælium exire audeant. Vix autem provocati erant Saxones, cum ad milliarem armati obviam procedunt hosti, & tanta strage cædunt mactantque Orientales Saxones, ut joaco militum post dictum sit, vix credere se, inferos tam vastos esse, qui cæcorum multitudinem caperent. Latiori prælio per id tempus Arnulphus Bojatiæ dux Ungaros ad Oceanum ingenti clade prostravit, copijs Alemannorum adjutus.

Conradi copiz ab Henrico cædunt ad Eresburgum. Widekindus lib. 1. Siebertus in chron.

Annus Christi 915.

Joannis X Pont. 4.
Conradi Reg. Germ. 4.
Theodorici Ep. Pad. 8.

Ii

At

Meibomius
in notis ad
Widukind
Conradus
Henricum
Gronam
obli-
det.

Solvitur
militari
astu ob-
sidio.

Theodo-
rici Epi-
scopatus
ad annum
915 pro-
ductus.

Gobelinus
atq. c. 51.
Bruschius
in catal.
Episc.
Crantzius
lib. 2. Me-
trop. c. 31.
Kerschenbro-
chius in ca-
tal. Episc.
Clemens-
gus ad an-
num 911.

At Conradus dolore & contumelia superioris cladis incensus, ut Henricum Ducem, qui inter primos ausus est se regiae potestati subtrahere, ad obsequium deduceret, cum longè validiore quàm antè exercitu, ex Francis Orientalibus contracto, in Saxoniam descendit. Impar tantis viribus Regis Henricus munitioni Oppidi Gronæ se includit. Quod etsi alij Gronaviam ad Lenam fluvium in Hildesienfi dicecesi: alij Groningiam in dicecesi Halberstadiensi interpretentur; certius tamen ad Visurgim in solo Westphalico Grona traditur, ubi modò arx Gronda conspicitur, quondam Episcoporum Hildesien- sium possessio, nunc Brunswicensium. Urspergensis & Crantzius Gruonam, diplomata veterà Gruonaham vocant; locus olim celebris Imperatorum accessu. Ibi cum Henricus Saxonum auxilijs fretus se includisset, Rex obsidionem admovet; sed missis prius legatis Rex Henrici animum pertentat, ratus ad obsequium & amicitiam posse componi. Etiam Henricus legatorum oratione flexus ultro se Regi dedere cogitabat, cum Thiatmarus gente Saxo-Ostphalus penetrat in Oppidum, vir militari ingenio & calliditate expeditus, præsentibusq; Regis legatis, desperatis intervenit consilijs; multa; per jactantiam & minas fiète & insolenter interfatus, asserit se cum triginta legionibus venire Henrico in auxilium. Quæ cum Regis legati coram audirent crederentque, rediére trepidi ad Regem. Ab his Rex persuasus obsidionem ante lucis ortum solvit, exercitum per dicecesin Paderbornensem in Hassiam & Franconiam reducendo; ita unius calliditas & jactantia militaris totius exercitus vires supplevit.

Produximus in hunc Christi annum 915 Theodorici Episcopatum, eò quod Auctor vitæ Meinwerci ceterique ab excessu Bissonis in nonum annum extraxisse tradant. Quamquam nec in necrologio ullo diem obitus, nec in ullo alio scriptore fastivè certum annum aditi & per mortem depositi Episcopatus uspiam adnotatum reperiamus. Incidit in tam turbulenta tempora, ut nec in diplomate ullo nec synodo ejus memoria supersit. Interim Bruschius, Crantzius, Kerschenbrochius cum novem annis Ecclesiam suam admistrasse perhibent, defunctumque volunt Conrado Imperatore, anno Christi 911, quem licet nos ab obitu Bissonis ad hunc Christi annum 915 producamus, nihil tamen novennio Episcopatus ejus detrahimus. Quamquam existimem Theodoricum non nisi septennium aut octennium Episcopi sedem occupasse, utique propter Unwanum, quem postea in concilio Altheimensi medium inter Episcopos subscripsisse videbimus; hæc autem subscriptio, uti & sessio, ordine ætatis ex Episcopi consecratione, aut munere adito, servari solita; quemadmodum id Hincmarus docet; ut vel inde tam pauca ex brevi Episcopatus munere de Theodorico habeamus.

UN.

UNWANUS

VI,

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 916.

Joannis X Pont. 5.
Conradi Reg. Germ. 5.
Unwani Ep. Pad. 1.

Post excessum Theodorici obtigit Ecclesiæ Paderbornensi Unwanus Episcopus (quem ab alijs Unewardum, ab alijs Honwardum vocari legas) Utrumne secundum privilegium Ecclesiæ electione cleri (quod verisimile habeas) an commendatione ac nominatione Conradi Regis, incertum reliquit vetustas; ut & cetera haud minus sunt obscura; ex qua nimirum familia, aut quo vitæ instituto sit delectus; consecratum certè Episcopum per initia muneris accepimus ex necrologio Herisfensi & notis Buxtorfianis ad Martyrologium Bedæ, in quibus VIII Kalend. Februarij dies ordinationis ejus adscriptus legitur. Vixit sub Conrado & Henrico Regibus, vir religione & auctoritate inter Saxoniam Episcopos eminens, carusque post Henrico Regi; Verum qui exordia Episcopatus admodum difficilia nactus est ob dissidia inter Conradum Regem & Henricum Saxoniam Ducem. Quæ res valde anxios habuit Saxoniam Episcopos, cui se parti permitterent. Accessit mox Ungarorum irruptio in Westphaliam & Paderbornensem Diocesim, malum longè funestius.

Unwanus
succedit
Theodoro,
vitæ
ejus genus
incertum.

At celebris hic primus Unwani Episcopi annus, qui Christi aderat 916, nationali Germanicorum & Saxoniorum Episcoporum synodo, quæ Altheimij in pago Rhetia à Moguntino Archiepiscopo, rogatu Conradi Regis 12 Calend. Octobris est celebrata, ex qua primam Unwani memoriam habemus. Ac priusquam de ipsa hac synodo agamus, ad aliorum errores relegendos, operæ pretium erit advertere, duplex Altheimense Episcoporum concilium à Burchardo Episcopo, qui hæc in libris decretorum sincere, scripsit, celebratum; quorum primum sub Herigero Moguntino Archiepiscopo convocatum

Duplex
concilium
Altheimense.

UN.

catum habitumque, cui Joannes quidam Apostolicæ sedis Vicarius præfedit: ad id citatus Richwinus Strazburgensis Episcopus, ob intentatum crimen per vim occupatæ Ecclesiæ; qui tamen eo in concilio se non stitit, ideo ab Apostolico legato ad proximam synodum idibus Maji Moguntia habendam evocatus, ut coram Archiepiscopo causa ejus cognoscatur; is tamen Episcopus alteri, de quo referam, concilio Altheimensi interfuit. Hujus concilij non nisi una mentio apud Burchardum, tantumque duo decreta in eo referuntur. Vocati quidem ad id concilium Saxoniae Episcopi; verum nulli præfentes fuere, nec per legatos quidem, qua ex causa incertum: nec quo anno sit habitum satis constat.

Burchardus
lib. II. c. 68.

Alterum concilium Altheimense hoc ipso, de quo agimus, anno convocatum est ab Hildeberto Moguntino Archiepiscopo, præfeditque Petrus Hortensius Joannis X Pontificis legatus, cui & ipse Conradus Rex cum ceteris Episcopis, quos exhibebimus, interfuit. Causa concilij convocati additur, ad exorta videlicet diabolica semina extirpanda, & nefandissimas quorundam machinationes eliminandas. Quam in rem 137 decreta facta, ex quibus undecim referuntur à Burchardo; inter quæ illud postremum, ut apparet, de hereditate Episcoporum ceterorumque Ecclesiasticorum, cui Episcoporum subscriptiones junguntur. Recito proinde ipsum decretum ex Burchardo.

Burchardus
lib. I. c. 227.

Sed et hoc ibidem inventum de Episcopis, presbyteris et clericis, si hereditatem à Domino Rege, vel ab alio Principe, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi devenerit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc, cui voluerint, dum vivunt, pro remedio anime, ad Ecclesiam, quamcunque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis. Sin autem antea obierint, quam firmiter perfecerint: altari cui serviunt omnia perpetuo sanctificentur, et in jus tradantur. Similiter de presbyteris statutum est. Hildebertus Moguntinensis Archiepiscopus subscripsit. Robertus Trevirensis Archiepiscopus subscripsit. Unni Hamenburgensis Archiepiscopus subscripsit. Adalwardus Fardinensis Episcopus subscripsit. Richwinus Argentimensis Episcopus subscripsit. Nothingus Constantiensis Episcopus subscripsit. Oneovannus Paderbrunnensis Episcopus subscripsit. Udalricus Augustensis Episcopus subscripsit. Bernardus Halvarstadiensis Episcopus subscripsit. Rimaldus Mungardenovwardensis Episcopus subscripsit. Eberis Mindunensis Episcopus subscripsit. Nec non et Abbates cum ceteris sacri ordinis viris subscripserunt.

At satis nunc hoc Burchardi testimonio convincuntur erroris, qui huic concilio nullum ex Saxoniae Episcopis, præter Hogerum Bremensem Episcopum, interfuisse scribunt; neque tamen hunc ipsum Bremensem Episcopum rectè attingunt; nam quomodo Hogerum anno 916. concilio præsentem facias? qui anno priori 915 obiit, eodemque anno successorem habuit Unni ex Corbeienfi monasterio

nafterio evocato interfuit, Ecclesiæ indicatum nomen Adamus, atque integrum; a quo rem Unni concilio quinto sit habitus Herigeri Episcopi Successor ejus Altheimensi, pro Herigero rigerus etiam concilio Constantiensi habitus; de quo kindus Corbeien diadema & unio Bonnenfi inter præter Regine etiam Abbatum

Haud diffidens subscripsit enim bertus Trevirensis anno 934 ad annum 930 Rutgerus & hoc Altheim radi Regis inter modo subscripsit bunt singulorum denda erit. Un assignant, quæ dæ veto Altheim olim B. Solæ, quæ sacram, & præse Conradus Rex e Comites sibi relij velint id concilij perduelles egnum esse conv hanc ob causam tionem in Rhe nulphus Bojaria Erchingerus & l

nafterio evocatum, qui posteriori Altheimij hoc anno habito concilio interfuit, uti Adamus Bremensis est auctor. Ac licet veteris ejus Ecclesiæ indices Reginwardum quendam, de quo nihil præter nudum nomen relictum, Hogero subrogent. Rectè tamen collegit Adamus, atque ex eo Crantzius, Reginwardum non sedisse annum integrum; atque nobiscum fatetur Adamus didicisse se ejus successorum Unni concilio apud Altheim interfuisse, quod anno Conradi quinto sit habitum. Erroris hic quidam insimulant Serrarium, quod Herigeri Episcopatum ab anno 912 protrahat in annum 924, eò quod Successor ejus Hildebertus hoc anno 916. subscripserit in concilio Altheimensi, sed dixerit quis potius erratum esse à Burchardo, qui pro Herigero subscribentem Hildegerum introducit; quando Herigerus etiam ab ipso Burchardo rursus introducitur subscripsisse in concilio Confluentino, quod anno Christi 922, Henrico Rege, est habitum; de quo nos infra quoque referemus. Accedit quod Widekindus Corbeiensis scribit ab Herigero delatum esse Henrico Regi diadema & unctiorem regiam. Constat præterea Herigerum concilio Bonnenfi interfuisse, ac demum anno Christi 926 obiisse; quod præter Reginonem, Lambertum Schafnaburgensem, aliosque facti etiam Abbatum Corbeiensium testantur.

Adamus
Bremensis
c. 45.
Crantzius
lib. 3.
Metrop. c. 4.

Haud dissimili errori Trevirensium annales obnoxios volunt. Subscripsit enim huic Altheimensi concilio post Moguntinum Robertus Trevirensis Archiepiscopus, quem vulgares eorum facti ab anno 934 ad annum 956 præfuisse perhibent. Browerus hunc Robertum anno 930 Rutgero successisse conjicit. Sed quantum hæc à Burchardo & hoc Altheimensi concilio abeunt, cui Robertus anno quinto Conradi Regis interfuit? Uti verò ceterorum Episcoporum, qui huic synodo subscripserunt, ætas tempusque Episcopatus conveniat, docebunt singulorum facti, siquidem rectè compositi: aut ex his lux affundenda erit. Unwani certè Episcopatus initia hæc concilij tempora assignant, quæ & Adamus Bremensis in suo Episcopo agnoscit. Est vero Altheim locus Regum veterum venationibus celebris, donatus olim B. Solæ, qui ex Fuldensi Monasterio eo traductus ad culturam sacram, & prisco jure accensus fuit Franconiæ Orientali. Quare & Conradus Rex eò concessit, cum bellum gereret adversus Alemanniæ Comites sibi rebelles, & Episcopos indignè tractantes. Quanquam alij velint id concilium Episcoporum adversus omnes Conradi Regis perduelles ex imperio Pontificis, ad pacandum Germaniæ Regnum esse convocatum per Moguntinum Archiepiscopum; atque hanc obcausam Episcopi Saxonix ex remotissimis hisce oris profectiorem in Rhetiam suscipere necesse habuerunt; ferunturque Arnulphus Bojatiæ, & Burchardus dux Sueonum, simulque fratres ejus Erchingerus & Bertholdus sacris interdicti.

Browerus
lib. 9. annal.
ad ann. 930.

Monasterus.

Certè

Certè soluto Sacerdotum conventu, Conradus Rex cum exercitu infestus Bojariam ingreditur, fugatoque Arnulpho duce, Ratisbonæ Procerum comitia indixit, quibus Boji Sacramentum fidei dicere iussi. Inde in Sueviam movit; quam ubi sui quoque juris fecit, Erchingerum & Bertholdum securi percussit. Ita regia Majestate per severitatem firmata, ceteros primùm docuit Reges accipere, quos Germaniæ proceres è sua gente elegerunt.

Annus Christi 917.

Joannis X Pont. 6.

Conradi Reg. Germ. 6.

Unwani Ep. Pad. 2.

Ungari

Germani-

am va-

stant.

Regino, con-

tin.

Marianus

Scottus.

Lamb.

Schaf.

Sigebertus.

Adamus

Brem. c. 45.

Albericus

Stadenf. in

chron.

Per hæc intestina Procerum dissidia rebellantium Conrado Regi, Ungari calamitosam foedamq; Germano nomini irruptionem fecere. Auctor concitorque barbaræ gentis Arnulphus Rex Bojariæ, à Conrado Rege depulsus, ad Ungaros profugerat: horum ope implorata (tanta etiam in christianis, & tam perfida est æmulatio) Bojariam recepit, fugato Everhardo Regis fratre. Ea opportunitate gens barbara in Germaniam effusa, primùm omnem Alemanniam ferro & igne vastavit; ac Fuldam usque progressa, omnia terrore, spolijs, & cadibus implevit. Inde per Hassiam in Westphaliam, & per diocesisin Paderbornensem, vicinasque regiones in Bremensem diocesisin penetravit, ac barbarum in modum, uti ab Adamo Bremensi diligenti historico alijsque id relatam est, incensa templa, trucidati Sacerdotes, vulgus promiscuum cum clero aut interemptum, aut captum, aut fuga dispersum: Urbs Brema occupata, crucis sacra signa truncata, & in ludibrium circumlata: ornamenta templorum & altarium lacerata; nec tamen sine præsentis numinis vindicta: nam dum in hoc sacrilego opere versantur, ingens repente tempestas coorta est, quæ tegulas flammantium tectorum ita in capita & ora Barbarorum injecit, ut dum fuga præsidium quærunt, aut in flumina, aut in manus civium acti perierint. Immanem hanc urbis & diocesisin suæ irruptionem describit Adamus, cujus vestigia suo adhuc ævo visa sunt.

Quam verò vastitatem diocesisin Paderbornensi vicinisque locis intulerint Barbari, testatur Henricus Rex in suo diplomate, quo Herivordensem Ecclesiam ab Ethnicorum infestatione exustam, & sua liberalitate adjutam reparari jubet; satisque hanc Ungarorum devastationem deplorat Auctor vitæ Meinweri.

Quare reperias, qui hac alterâ Ungarorum irruptione id factum velint, cui se Bohemos conjunxisse scribit Adamus Bremensis: ut verisimile habeas, ex diverso Barbarorum exercitu, illum, qui Alemanniam vastavit, per Thuringiam atq; Hassiam penetrasse Bremam usque. Eadem tempestate Dani quoque ac Sclavi primò Nortalbini-

gos,

gos, deinde terrore concussas & sacras comperit Danica scripta, Sacerdotes dati sunt. Ita barbarum concessi-

Aberat

Conradi Regis

nij causa prof

grani indixerat

fatisfaceret: c

multis denarijs

omnibus Saxo-

functi patris

Gerbergam f

trocinio adve

hinc anno ult

verbi fiducia

nere oriundum

hæc referat, q

ditur: aut cer

dekindi M. ab

Agebatur

gnum German

rum incursion

sus in morbum

optimates & P

digna tanto R

successorem si

am & virtuten

scire ipsos, qu

omnia condon

res, vivus etiam

dum fratrem H

gnia Imperij c

io Kalend. Jan

gos, deinde Transalbanos Saxones depopulantes, magno Saxoniam terrore concussere; occupatoque Hamburgo, pari furore per Ecclesias & sacra Christianorum devastatum est; quod tum Wormius imperitarit Danis Regum crudelissimus, à quo Christiana religio proscripta, Sacerdotes è finibus Regni ejecti, ac plurimi etiam contrucidati sunt. Ita verò peccatis exigentibus, Saxoniam, quæ hæcenus omnibus barbaris formidabilis erat, in barbarorum potestatem ac spoli-um concessit.

Aberat nimirum per id tempus Henricus Dux Saxoniam, metu Conradi Regis, ad Carolum Galliarum Regem foederis ac patrocinij causa profectus; interfuitque comitijs, quæ Rex Galliarum Aquigrani indixerat, animo satis etiam minaci in Regem, ni postulatis suis satisfaceret; quemadmodum hæc Conradus Abbas à Pithœo editus multis denarrat. In hoc conventu *Henricus dux regio genere inclytus omnibus Saxonibus donatus à Carolo Rege,* & Gisilbertus in locum defuncti patris Dux Lotharingiæ nominatus; cui Henricus postea Gerbergam filiam in matrimonium dedit, quò se Caroli Regis patrocinio adversus Conradum Regem præmuniret, nescius altero ab hinc anno ultro sibi Regnum Germaniæ deferendum. Qua autem verbi fiducia Conradus Abbas Henricum Saxoniam ducem regione oriundum scribat, haud satis prodit, nisi vel ad matrem ejus hæc referat, quæ Arnulphi Regis & Imperatoris filia à quibusdam traditur: aut certè ad Ludolphum Henrici avum respexerit, quem Widedekindi M. abnepotem volunt.

Henricus
Dux Sax-
oniæ fce-
dus cum
Rege
Galliarum
init.
Conradus
Abbas in
Frag. apud
Pith.
Widedekin-
dus.
Albertus
Stadens.
Reineccius
in Geneal.
Widedekindi
ad Alb.
Stad. &
Dithm.

Annus Christi 918.

Joannis X Pont. 7.
Conradi Reg. Germ. 7. & ult.
Unwani Ep. Pad. 3.

Agebatur jam annus Christi 918, Conradi septimus, ex quo Regnum Germaniæ, tam intestinis æmulorum dissidijs, quam Barbarorum incursionibus concussum administrarat; quibus malis depressus in morbum, cum ex eo se ad extremum vitæ urgeri sentiret, Regni optimates & Principes ad se in conventum vocavit; quibus gravi & digna tanto Rege oratione persuasit, ut Henricum Saxoniam ducem successorem sibi Regem deligerent; hunc enim esse, cui ob sapientiam & virtutem bellicam id ante omnes deferri debeat: satis quidem scire ipsos, quam infestum in Henrico æmulum haberet, sed hæc omnia condonare se communi bono. Postquam assensere proce- res, vivus etiamnum, tanquam ultro se Regno exueret, per Everhardum fratrem Bojariæ ducem jussit enses, sceptra, & omnia insignia Imperij cum lancea sacra ad Henricum mitti; ipse deinde Rex 10 Kalend. Januar. seu ut Brunnerus & Dithmarus 14 Kalend. Nov. excessit

Moritur
Conradus
Rex Ger-
maniæ.
Widedeking
lib. 1.
Luitprandus
lib. 2.
Sigebertus.
Otto Fri-
sing.

excessit è vita; tum maxime Principatu dignus, cum deponeret, qui ulciscendi cupiditatem voluit summum esse beneficium adversarij, Dignum Germano Principe & christiano Rege factum. Princeps fuit æquitate fortitudine, & liberalitate in omnes insignis, fortunatius longiusque regnum meritis, amans Saxonicae gentis; quippe matre Saxonica, Ottonis Ducis filia, & Henrici Regis sorore natus. Quare & Soceri gratiae memor, à quo Regnum ei delatum erat, immemorque injuriæ ab Henrico affine acceptæ, regnum in familiam Saxonicam retulit.

Annus Christi 919.

Joannis X Pont. 8.

Henrici I Reg. Germ. 1.

Unwani Ep. Pad. 4.

Regin. cont.

Widekindi

lib. 1.

Otto Frising.

lib. 6.

Dithmarus

lib. 1.

Bruschius in

Car. Episc.

Mog.

Luidprandi

lib. 2.

Succedit

Henricus

I dictus

Auceps.

Igitur post fata suprema Conradi, Francorum Orientalium, Alemannorum, Bavarorum, Thuringorum ac Saxonum proceres Henricum Regem eligunt, & in throno collocant mense Aprili, toto simul exercitu regem suum consalutante. Cumq; deinde, ut Widekindus refert, ei offerretur unctio cum diademate à Moguntino Pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non sprevit, nec tamen suscepit; satis inquam, mihi est, ut præ majoribus meis Rex dicar, et designer divina annuente gratia ac vestra pietate; penes meliores verò nobis unctio et diadema sit: tanto honore nos indignos arbitramur. Factum id etsi modestiæ plenum visum quidam improbare, ex quo S. Udalrico duo per somnum gladij oblatis, quorum cum alter sine capulo ostensus esset, iustus est Henrico dicere eo designari Regem, qui sine benedictione regnum capefferet: altero vero, qui capulo præclusus esset, Regem benedictione & sacra unctio præmunitum indicare. Primus hic, qui ex Westphaliæ Saxoniamque ducibus, & Widekindi posteris, regiam dignitatem in familiam intulit, quæ deinde cum ingenti christiani orbis bono ultra centum annos imperavit. Cognomento Auceps dictus fuit Henricus, quod aucupio delectaretur: seu quòd repertus retia avium continere, dum regalia denunciarentur.

Annus Christi 920.

Joannis X Pont. 9.

Henrici I Regis Germ. 2.

Unwani Ep. Pad. 5.

Qui Lotharingam à Carolo Rege Galie ereptam recuperat.

Regnum adiit Henricus non modo ab Hunnis & Barbaris laceratum, sed intestinis malis turbidum, & latrocinijs etiam, prædisque liberis defœdatum: Eo prima arma vertit in Burchardum Sueviæ, & Arnulphum Bojariæ Duces, ostentatoque exercitu utrumque ad obsequium adegit. Qui dum bello occupatur, Carolus simplex Gallia-

Galliarum regnum illum cum patre Rege, asserit.

Carolus census, aliter dicitur, ultimum, ut dicitur, Henricum, ut dicitur, muneribus, ut dicitur, & amicis, ut dicitur, imus, ex quo, ut dicitur, deportatur, ut dicitur, grassæ, nec, ut dicitur, fuisse. Munitum, ut dicitur, cum summum, ut dicitur, que Regem, ut dicitur, pacifcentes, ut dicitur, his Henrici, ut dicitur, & auctoritate.

Innotuit Anno Domini Caroli gloriæ largiore verumini, et mater ipsos præstita reperta, enim ambo secundo Nonis ad Bononiam tantum die ultra, ut finem fuerant summis septem, que ante in primo harent ita: E

Galliarum Rex in Lotharingiam irrumpit, obsessaque Wormatia regnum illud sibi vindicare aggressus est. In quem Henricus procerum cum primis hortatu arma convertit, ciecetoque Carolo Francorum Rege, Lotharingiam pro veteri Regis jure Germanico regno asserit.

Annus Christi 921.

Joannis X. Pont. 10.
Henrici I Regis Germ. 3.
Unwani Ep. Pad. 6.

Carolus dolore amissæ Lotharingiæ, aut contumelia cladis incensus, altero mox anno cum infesto exercitu Lotharingiam ingreditur, ulturus proceres, à quibus Henricus invitatus fuerat. Nec segnius Henricus cum exercitu advolat, in easque angustias conjicit Carolum, ut damnatis belli consilijs, legatos mitteret ad Henricum cum muneribus, manu videlicet D. Dionysij auro gemmisque inclusa, foedus & amicitiam orantes. Fassi tum legati Caroli, id quod supra diximus, ex quo tempore S. Viti Martyris corpus Corbeiam in Saxoniam deportatum, omnem felicitatem simul ex Gallia in Saxoniam demigrasse, nec inde unquam regnum suum à bellis civilibus quietum fuisse. Munus id Henricus Rex flexo in terram poplite deosculatus cum summa veneratione excepit. Inde statim induciæ inter utrumque Regem, dum ambo post Bonnæ conveniunt, foedus & amicitiam pacificentes. Juvat in hanc rem ipsa acta conventaque recitare, quod his Henricus Rex Unwanum Episcopum, virum spectatæ prudentiæ & auctoritatis, inter Saxoniarum Episcopos interesse voluerit.

Widekindo lib. 1 ann. Flodoard. in chron. Et eundem Carolum ad pacem petendam cogit. Sigebertus. Reginonis contin. Flodoardus Mirans in Not. Eccles. Belg. 11. Histor. Franc. tom. 2. Quæ Bonnæ inter utrumque coalescit.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis divina propitiante Clementia Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXI Anno verò regni Domini Caroli gloriosissimi Regis Francorum Occidentalium 29, redintegrante 24, largiore verò hereditate indepta 10, indictione 9. anno quoque regni Domini, et magnificentissimi Regis Francorum Orientalium Henrici tertio, inter ipsos præfatos Principes unanimis pactum, ac Societatis Amicitia quaesita repertaque, exordia sumpsit, prout visa sunt competentia. Convenerunt enim ambo illustres Reges, sicut inter se discurrentibus legatis convenerant, secundo Non. Novemb. feria prima. Dominus enim Carolus super Rhenum flumen ad Bonnæ castrum, et strenuus Henricus ex altera parte Rheni, et ea tantum die mutuis se visibus intuentes super ripas ejusdem fluminis huc et ultra, ut sui fideles fierent innoxii, Sacramento, quo hanc eorum conventionem fuerant polliciti. Verum feria quarta 7 Idus Novem. in medio Rheni fluminis sæpius dicti principes in navibus quisque suis, in tertiam ascenderunt, quæ anchorata in fluminis medio gratia eorum colloquii fixa erat; ibiq; in primo hanc sibi vicissim convenientiam ob statum pacis juramento sanxerunt ita: Ego Carolus divina propitiante clementia Rex Francorum Occi-

Kk

dentalium

dentaliū amodo ero huic amico meo Regi orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico secundum meum scire ac posse, ea verò ratione, si ipse mihi iuraverit ipsum eundemque sacramentum, et attendere, quæ promiserit, sic me Deus adjuvet et ista sancta reliquia. Econtra Rex Heinricus eandem promissionem sacramento, et iisdem prosecutus est verbis subsequenter, ut huius amicitie firmitas inviolabiliter observaretur.

Hæc sunt nomina Episcoporum, qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem, quam præmemorati Reges inter se fecerunt, collaudando acceptaverunt, et manibus suis sacramentum firmaverunt, nunquam à se destruendam: Herimannus Archiepiscopus Agrippinæ, quæ modo est Colonia vocitata, Rodgerus Archiepiscopus Trevirorum. Stephanus præsul Cameracorum, Bovo Episcopus Catalaunensium, Baldricus Traiectensium Episcopus. Hæc nomina Comitum. Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boso, Waltkerus, Jsaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus. Episcopi ex parte Regis incliyi Heinrici, Herigerus Archiepiscopus Moguntiacorum, Nithardus Episcopus Mimmogernerferdæ, Dodo Episcopus Osnabroggæ, Ricardo Episcopus Vangionum, quæ nunc dicitur Wormatia, Horwardus Episcopus Paderbornensis, Hotingus Episcopus Constantiæ Alemannicæ. Hæc sunt nomina Comitum: Ewardus, Chonradus, Herimannus, Halo, Godesfredus, Otto, Herimannus, Cobbo, Magenhardus, Fridericus, Faldac.

Clari ea tempestate notique Episcopi: sed mirum, qua histologia fasti Monasteriensium post Nithardum, sive Richardum hic recensitum, collocent in ordine Rumoldum, quem supra in concilio Altheimensi vidimus ante Richardum subscripsisse, vixisseque in Episcopatu illo. Qui Hunwardus hic scribitur Paderbornensis Episcopus, Unwanus est, deflexo pro gentis more vocabulo. His igitur Episcopis & Optimatibus tanquam arbitris & Sponsoribus, pax inter utrumque Regem convenit; quibus verò conditionibus, ex annalium memoria excidit. Certam verò partem Carolo relictam esse argumento est, quòd Henricus non nisi ab anno 923 se totius Lotharingiæ Regem scripserit.

Annus Christi 922.

Joannis X Pont. II.
Henrici I Reg. Germ. 4.
Unwani Ep. Pad. 7.

Burchardus lib. 7. c. 30. Ivo Carnotensis c. 66. Altero ab hinc anno rursus Episcoporum conventus ad Rhenum, quem Burchardus & Ivo Carnotensis nobis tradidit; juvat ipsum Burchardum audire. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXII apud Confluentiam jussu venerabilium Principum Caroli videlicet, et Henrici Regum reverendissimorum congregati sunt Episcopi numero VIII Hermannus Agrippinensis Archiepiscopus, Herigerus Moguntinensis Archiepiscopus, Thiedo Wirtzburgensis Episcopus, Luitharius Mindanensis Episcopus, Dodo

Dodo Osnab
vinus Straz
cum Abbat
igitur Ivo,
nius & Bir
ex Burchar
ad disciplin
cretum, ob
stiano fas sit
as: ne laici
Gynæcea ab
porum sub
salubriter st
lum cetero
cum optima
citiam firm
inquietus &
sibi asserenc
studio divis
rentur inter
Carolo rebu
frenendam;
manici sede
cofurti, vel R
onia Regibu
lenburgi fui
Virginum à
ma ejus coe
nostris præc
inter munif

Innom
Clementia Re
storum, has
sugerunt, ad
spere peragen
liquido credin
quam futuri t
Machtildis, m
qui legatus fu
christo in nor
intercessoribus
quas priorum
abbati et fratr

Dodo Osnabrugensis Episcopus, Richouuo Wormatiensis Episcopus, Rich-
 vinus Stratzburgensis Episcopus, Unnoanus Paderbornensis Episcopus,
 cum Abbatibus aliisque sacri ordinis hominibus quamplurimis. Fallitur
 igitur Ivo, dum ad annum 912 hæc refert, quo simul errore Baro-
 nius & Binius abducti. Octo hujus synodi canones colliguntur
 ex Burchardo, & Ivone, à Cossartio in conciliorum tomis relati,
 ad disciplinam cleri populique accurandam; quos inter primò de-
 cretum, ob vaga incestaque matrimonia tum invalescentia, ne Chri-
 stiano fas sit intra septimum gradum cognationis contrahere nupti-
 as: ne laici fructus sacrarum donationum convertant in canes &
 Gynæcea alenda: ne Ecclesiæ Monachorum intra diœceses Episco-
 porum subtrahantur Episcoporum jurisdictioni, & quæ præterea
 salubriter statuta sunt, iudicio duorum Archiepiscoporum ac præfu-
 lum ceterorum. Verisimile est & ipsos Reges Carolum & Henricum
 cum optimatibus convenisse simul Confluentiam, ad fœdus & ami-
 citiam firmandam; quòd per id tempus Giselfertus dux, homo
 inquietus & regnandi cupidus, multa turbaret ad Lotharingiam
 sibi asserendam; quam ut Reges, Episcoporum auctoritate, & pacis
 studio diviserant: Ita eorum quoque auctoritate, quòd primi cole-
 rentur inter optimates Regni, firmatam volebant. Transactis cum
 Carolo rebus, Henricus Rex arma vertit in Sclavorum sævitiam re-
 frenendam; eò multum intra Saxoniam versatur; quò & regni Ger-
 manici sedes, quæ hæctenus Aquisgrani, vel Wormatiæ, vel Fran-
 cofurti, vel Ratisbonæ, vel alijs in locis fuit, transferri cœpit cum Sax-
 onia Regibus ac Imperatoribus. Quemadmodum hoc anno Qued-
 lenburgi fuit, in loco, quem ipse Rex postea Oppido & Monasterio
 Virginum à se condito celebrem fecit, imposita Machtilde filia pri-
 ma ejus coetus Abbatisa. Ex hoc loco Henricus Rex Corbeiensibus
 nostris præclaro diplomate vetera privilegia confirmavit, quod hic
 inter munificentia ejus ac pietatis argumenta repræsentamus.

Henricus
 privilegia
 Corbei-
 ensium
 confir-
 mat.

In nomine sanctæ et individua Trinitatis, Henricus divina favente
 Clementia Rex. Convenit nostra regali Celsitudine, ut petitiones fidelium no-
 strorum, has præcipue, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum utilitatibus
 suggerunt, ad effectum perducamus, quoniam hoc et ad presentem vitam pro-
 sperè peragendam, et ad futuram beatitudinem promerendam profuturum
 liquido credimus. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, tam presentis,
 quam futuri temporis industria, quod rogatu conjugis nostræ Domnæ Regine
 Machtildis, una cum prole et equivo nostro, nec non Episcopi Adalvardi,
 qui legatus fuit ad nos missus ab abbate venerabili Folcmaro fratribusque
 christo in nova Corbeia militantibus, et SS Martyribus nostris advocatis et
 intercessoribus Stephano atque Vito fideliter servientibus, omnes concessiones,
 quas priorum Regum temporibus habuerunt, firmiter eidem loco, id est, prædicto
 abbati et fratribus concessimus. Præcipue ut potestatem habeant inter se cum

Kk 2

necessitas

necessitas venerit, abbatem eligendi, et ut à nullo Episcopo de dominicalibus mansis ejusdem monasterii decima exigantur, neque à comite, vel ex qualibet judiciaria potestate Coloni eorum ac liti ad justitiam faciendam aliquo banno constringantur, sed coram advocatis ejusdem loci justitiam facere cogantur, sicut anteriorum Francorum Regum temporibus presato monasterio concessum fuisse cunctis fidelibus nostris liquido patet. Et ut hæc auctoritas nostræ largitionis firmiter habeatur, atque per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, et ne deinceps hinc aliqua dubietas fiat, nostræ propria manu subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domni Henrici Serenissimi Regis.

Simon Notarius ad vicem Herigeri Archicappellani recognovi et scripsi.

Data X Calend. Martii anno Incarnationis Domini DCCCXXII Indictione X anno autem regni gloriosissimi Regis Henrici III actum in villa, quæ dicitur Quitlingaburg in Dei nomine feliciter amen.

Genus Machtildis Regina (cujus rogatu Rex Corbeiensibus exinde certis etque religiosis familijs tam largè benefecit) & formæ pulchritudine, & morum elegantia, & nobilitate pietateque clarissima per id tempus matrona erat, quæ Theodorico patre comite Oldenburgico & Ringelheimio genita, tam in eo genus ad Widekindum M. referebat, quam Henricus per Ludolphum avum Saxoniam ducem, Conditorumque monasterij Gandersheimensis; sed pietate & religione multò illustrior, Conditrixque multorum cœnobiolorum. Ea ex conjugè Henricus Rex suscepit Ottonem M. Imperatorem, Henricum Bavariam ducem, Brunonem Coloniensem Archiepiscopum & Lotharingiam ducem, magnos illos Saxoniam Germaniamque heroës, & tot inde Regum genitores; tanquam Deus tam piorum parentum munificentiam in Ecclesias & religiosorum familias tanta filiorum ac nepotum felicitate remunerarit.

Mathildis conjugis Henrici. Franz. l. 3. Sax. c. 11. & 12. Widekindo lib. 1. Saxon. Otto Frising. lib. 1.

Annus Christi 923.

Joannis X Pont. 12.
Henrici I Reg. Germ. 5.
Unwani Ep. Pad. 5.

Flodoardus
Regin. cont.
Sigebertus
Marianus
Scotus.

Et clarior inde fortunatiorque Henricus, Regum ea tempestate potentissimus, eoque à Ruperto Galliarum Rege, quem pars procerum elegerant, ejus amicitia ambita; ad eamque firmendam ad Ruram amnem in Ripuarum convenere. Quam in Regni Galliarum perturbatione Carolus Galliarum Rex ab Heriberto Comite captus, & in carcerem detrusus est, in quo & miseram vitam post sexennium clausit, Germanici regni potentiam per hæc crescente; siquidem Saxoniam Henricus haud multò post integrum Lotharingiam Regnum adjecit.

Annus

Annus Christi 924.

Joannis X Pont. 13.

Henrici I Reg. Germ. 6.

Unwani Ep. Pad. 9.

Prospera hæc Regis Henrici consequitur annus Christi 924, ter-
 tia Ungarorum irruptione in Saxoniam calamitosus. Tertiam hanc
 numero irruptionem, quam confirmatam reperio ex Abbatum Cor-
 beienfium fastis; quarum prima in ijs memoratur anno Christi 906
 Ludovico Rege, altera anno Christi 915 Conrado Rege, tertia huic
 Henrici anno adscripta; de qua etiam Widekindus Corbeienfis:
*cum jam civilia, inquit, bella cessarent, Ungari totam Saxoniam percur-
 rentes, urbes et oppida incendio tradiderunt, et tantam cadem ubique fece-
 runt, ut depopulationem ultimam comminarentur. Rex autem erat in præst-
 dio urbis Werlaon.*

Tertia
 Ungaro-
 rum in
 Saxoniam
 irruptio.

At quæ hæc Werlaon Saxonie urbs, ad quam Rex se recepit?
 haud sum nescius duas ejus nominis urbes contoveri hic, mon-
 strarique in Saxonia, quatum altera trans Albim ad Sclavorum fines;
 & cui verisimile Henricum istic se inter Sclavos commisisse, & bar-
 baro hosti a tergo omnem Saxoniam deprædandam reliquisse: Alte-
 ra igitur Werla est in Westphalia, inter Ruram & Luppiam ad veteres
 Paderbornensis diocæsis fines, quo transito Visurgi Henricus Rex se
 recepit: seu ut Rheno propior esset, seu ut copias Westphalicæ gentis
 contraheret, sisteretque Barbarorum impetum; non tamen cum ijs
 congregari ausus, quod rudi adhuc militi, et publico bello insueto contra
 tam seviram gentem non fideret. Quantam autem stragem fecerint, illis die-
 bus Hungari, aut quot monasteria accenderint, melius judicamus silere, quam
 Calamitates nostras verbis iterare. Hæc Widekindus; atque ut idem au-
 ctor refert contigit per id tempus quendam ex Principibus Ungarorum
 capi, vinculumque ad Regem perducere. Quem cum Ungari magnopere dili-
 gerent asserarentque, obtulerunt pro redimendo captivo multum auri argen-
 tique: Rex vero contempto auro pacem exposulat, quam ubi in novem an-
 nos impetravit, captivum cum muneribus remisit. Indecorum hoc fœ-
 dumque fati, bellicosam illam Saxonie gentem tot hæctenus genti-
 um debellatricem eo per otium superiorum annorum recidisse igna-
 via: ut pacem ab Hunnis petere necesse habuerint, atque annuo mu-
 nere, si non tributo etiam redimere à barbaris.

Meibomius
 in notis ad
 Widekindi
 aum.

A quibus
 pacem
 obtinet
 Henricus
 Werlis
 commo-
 rans.

At nullius animum hæc pacis necessitas gentisque probrum
 magis affecit, quàm ipsius Henrici Regis. Quid igitur bellicosus
 Rex ad gentis contumeliam malumque avertendum? Accepta pa-
 ce, quod Widekindus ceterique nostri scriptores celebrant, Rex
 intra novennium summa prudentia desudavit in munienda Sax-
 onia, exercendo milite, & disciplina militari restauranda. Quam in
 rem

Henricus
 tempore
 pacis ad
 bellum se
 parat.
 Widekindy
 lib. 1.
 Siebertus
 Dithm.
 Otto Fris.

rem ex agrarijs militibus nonnum quemque eligens, in urbes & præmunita oppida transtulit; ceteros agros colere iussit, fruges colligere, frumentum in urbes comportare, & in certis ad id annonæ horreis constructis recondere, concilia populique conventus & convivia in urbibus celebrare, tam cives quàm agrestes homines arma sibi parare, iisque certis diebus decurrere, ut in pace discerent, quæ in necessitate contra hostes usus postuleret? Non genus hominum præter sacros Deo viros, non ætas arma portandi apta his legibus exempta; at natu quemque maximum filiorum castra Regis sequi imperatum. Inde mos inolevit, ut is patris exuvias, inter quas arma primæ erant, jure tolleret. Nulla tum fere, aut certè vilia Urbis mœnia, prisco adhuc Germanorum ritu incolentium. Quare hoc Rege tanta Urbium & Oppidorum munitorum frequentia ac decor conspectus, ut ceteras per Imperium nationes non puderet Saxonico- rum Regum & Cæsarum imperia accipere. Neque hæc instaurandæ disciplinæ militaris consilia tam humanas quàm divinæ providentiæ plena. Quando & Deus ipse noluit omnes barbaras gentes per Josue debellari & extingui, ut postea Hebræorum filij *discerent certare cum hostibus et habere consuetudinem præliandi*. Sunt qui volunt hoc Henrici Regis instituto magnopere auctam esse nobilitatem Saxoniam. Nam qui virtute militari peritiaque tum visi eminere, ceteris per oppida, castra atque urbes præfecti. Inde militares, castrenses, Borchmannos, Armigeros, Scutiferos tanta multitudine ortos perhibent; quorum alij regijs obsequijs addicti, alij Episcoporum & Abbatum vices belli expleverunt. Nam Unwanum Episcopum nostrum post etiam Henrico Regi in bello suppetias misisse lego in vetustis quibusdam monumentis, quod idem ceteros fecisse haud ambigere licebit. Inter Urbes verò Saxoniam, quas Henricus Rex maxime excoluit & frequentavit, Goslaria celebratur.

Annus Christi 925.

Joannis X Pont. 14.

Henrici I Reg. Germ. 7.

Unwani Ep. Pad. 10.

Gallos
Lotharingia
ejicit.
*Flodoardus
in histor.
Rem.*

Ungaris per inducias submotis, bellum intestinum cum Rudolpho Galliarum Rege exarsit. Lotharingiam ille cum exercitu ingressus occupare cœpit, & jam multi procerum cum ipso Giselberto ad Gallos transierant. Quæ ubi Henrico Regi comperta, Rhenum armatus transit, Tulpiacum Oppidum expugnat, Gallos Lotharingia ejicit, Giselbertum datis obsidibus in fidem recipit. Adco non omnis Saxonia inermis,

Annus

Alter
rum indic
Everhardu
tia totum il
Henricus c
Regnum ad

At Gif
praripi vide
nem cœptav
nec multo
transmittitu
pavit, ut præ
ret, datâ etiã
hunc annu
interim ann
Episcopi nos
vordensi Vi
regiis tabul
ut exijs irrup

In nomi
clementia Re
nitatis nostræ
cris mentione
brescentibus p
colas afflixer
gem nostram
no, seu et ceter
bus interpella
ethnicorum in
noverit omni
repleti ob am
bentes, prout
ritatis renova

Annus Christi 926.

Joannis X Pont. 15.
Henrici I Reg. Germ. 8.
Unwani Ep. Pad. 11.

Altero mox anno frequentem Wormatiæ conventum proce-
rum indicit, in quo novum Lotharingiæ præfectum constituit, *Flodoardus*
Everhardum, gente Saxonem, virum fidum, cujus sapientia & justi-
tia totum illud regnum in obsequium Regis se dedit. Tam præclarè
Henricus de Germania meritis, qui alterum illi & florentissimum
Regnum adjecit.

Annus Christi 927.

Joannis X Pont. 16.
Henrici Reg. Germ. 9.
Unwani Ep. Pad. 12.

At Giselbertus cum Lotharingiæ præfecturam sibi à Saxone
præripi videret, ira & ambitione accensus, altero mox anno rebello-
nem cœptavit, Lotharingiæ Regnum sibi per vim & dolum asserturus;
nec multò post dolo captus à Lotharingo quodam Henrico Regi
transmittitur. Sed quæ erat ingenii versutia, ita Regis animum occu-
pavit, ut præfecturam totius Lotharingiæ redditam illi committe-
ret, datâ etiam in matrimonium Gerberga filiâ, quod Sigebertus ad *Sigebertus*
hunc annum retulit, secus quàm Conradus Abbas supra relatus. Hoc
interim anno Henricus Rex, rogatu Machtildis Reginæ & Unwani *Henricus*
Episcopi nostri (qui Regem adiit super vastatione Ungarorum) Heri- *confir-*
vordensi Virginum Collegio & privilegia & certa quædam prædia *mat pri-*
regiis tabulis confirmavit, quas hætenus reconditas repræsentamus, *viligia*
ut ex ijs irruptio Ungarorum in Westphalia comprobetur. *Herivord-*
diensium.

*In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Henricus divina favente
clementia Rex. Omnium namque fidelium nostrorum petitionibus Sere-
nitatis nostræ aurem accommodare oportet, maxime tamen eorum, qui de sa-
cris mentionem faciunt cœnobii, obtemperare decrevimus. nam nostris cre-
brescentibus peccatis multimodas paganorum castigationes, quibus Christi-
colas afflixerunt, sentimus. Inter quas etiam Machtildam dilectam conju-
gem nostram una cum Bodarbrunnensis Ecclesiæ Episcopo videlicet Unwani-
no, seu et ceteris fidelibus nostris, de sanctis herivordensis monasterii moniali-
bus interpellantem cognovimus, quatenus illarum præcepta regia, quæ ab
ethnicorum infestatione exusta sunt renovari præciperemus. Quapropter
noverit omnium fidelium nostrorum industria, quia miseratione earum
repleti ob amorem Dei sanctorumque, petitionibus eorum assensum præ-
bentes, prout ea ab antecessoribus nostris habere videbantur, nostræ aucto-
ritatis renovatione prænotare jussimus, ea videlicet ratione, ut quidquid in-
vesti-*

vestitura supra dicti loci, sive de Regum vel cuiuslibet persona traditione appareat, nullo iniusta contradictionis impedimento aternaliter ad eisdem congregationis nutrimina perseveret, quatenus absque alicujus secularis vexationis consuetudo, sub nostra tuitionis munimine dignas ac Deo placitas persolvere studeant laudes nostrasque nostrorumque antecessorum, quam et successorum frequentent orationes. Quorundam autem locorum vocabula, quae quidam falsitatis fraude abstrahere conantur, huic conscripto subnectere praecipimus. Angeresgornæ, Vinesvalde, Overanberb, Liudovinesdorp et Humbecb, secus fluvium Sigina. Hæc omnia cum reliquis cunctis possessionibus tam in agris cultis et incultis, quam et in omnibus appendiciis ad præfatum locum respicientibus firma stabilique statione in jam dictæ famulæ potestate perenni tempore consistant. Et ut hoc nostræ confirmationis præceptum firmum stabileque permaneat, manu nostra subtus illud firmavimus, annuloque nostro sigillari iussimus.

Signum Domni Henrici



Serenissimi Regis

Simon Notarius ad vicem Herigeri Archiepiscopi Cappellani recognovi.
Data XV Calend. April. anno Incarnationis Domini DCCCCXXVII
Indictionum XV, anno vero regni gloriosissimi Henrici Regis VII
Actum Apsnid in Dei nomine feliciter amen.

Flodoardus
in chron.
Concil. gen.
edit.
Paris. re-
centioris.
Synodus
Duisbur-
genfis, in
qua Me-
renses ex-
commu-
nicantur,
ob priva-
tum ocu-
lis Episco-
pum su-
um.

Qui hic regni annus consignatus septimus, cum nonus sit, ducitur à regno Lotharingæ adito, ut in alijs quoque tabulis hujus Regis observare licebit. Ceterum hoc anno Henrici Regis celebratum Episcoporum concilium Duisburgi ad Ruram amnem & Rhenum confluentes in Westphalia, quod verisimile Wilfridus Colonienfis Archiepiscopus jussu Romani Pontificis convocavit, ob Bennonem Metensem Episcopum. Egerat hic innocens præful aliquamdiu vitam eremiticam in Alpibus, ex qua ob famam sanctitatis extractus, delectusque Metensium Episcopus, & jam biennium præclarè munus illud egerat, cum à Metensibus oculis erutus abjiceretur. Ad quod immane sacrilegium vindicandum hæc synodus congregata est, auctoresque sceleris damnatos ejecit extra Ecclesiæ consortium. Nec dubitaveris plerosque Saxoniarum Episcopos, interque hos Unwanum quoque convenisse, quorum iudicio, turbatis, per Lotharingiam rebus, id Pontifex, auctoritate etiam Henrici Regis, puniri voluerit.

Annus Christi 928.

Leonis VI Pont. 1.
Henrici I Reg. Germ. 10.
Unwani Ep. Pad. 13.

Flodoardus
in chron.

At nondum Lotharingia quieta, rebellante Bifone Comite, ceterisque conspirationum factiosis capitibus. Quare Henricus Rex cum

cum inger
gressus, exp
Giselberte
mentum fi
Hugo Rup
gratiam &
Regem in

Inde
indè cum U
lum, & mo
à Wideking
men ad cer
digesta hæc

Anno
am militar
beret, contu
lam March
tigasset, ut
ciem positis

ferro domi
vertit in Da
vocata, inco
pugnarat, s
nam vigesim
dedit; pub
& omnis in
tributum in

Sub ic
Rudolphum
sacram, qu
no ad poste
Burgundior
quæ muner
& qua deinde
quam cœle
toni M. & p
sit hasta, qu
& gladio i
retulimus.

cum ingentibus Saxonum & Germanorum copijs Rhenum transfessus, expugnatoq; Durofosto castro, rebelles obtrivit, rursusque Giselbertum conspirationis participem, ac ceteros proceres juramentum fidei dicere jussit. Sub quod tempus simul Regem ad eunt Hugo Ruperti Regis filius, & Heribertus Veromanduorum Comes, gratiam & opem potentissimi Regis adversus Rudolphum Galliarum Regem implorantes.

Annus Christi 929.

Stephani VIII Pont. 1.
Henrici I Reg. Germ. 11.
Unwani Ep. Pad. 14.

Inde nunc continuis annis primò cum Bohemis & Sclavis, deinde cum Ungaris, ac demum cum Danis & Nortmannis Regi bellum, & memorabiles ad omnem posteritatem victoriae; quae cum à Widekindo, Dichmaro, ceterisque auctoribus describantur, nec tamen ad certum annum relata sint, hic ego ordine & in suos annos digesta haecenus nondum edita referam breviter.

Anno igitur Christi 929 cum jam Henricus Rex omnem Saxoniam militari disciplina armorumque exercitatione instructam haberet, contracto exercitu in Sclavos, quos Hevellos dixere, ad Havelam Marchiae amnem incolentes movit; quos cum multis praelijs fatigasset, ut Widekindus ait, demum asperrima hyeme castris super glaciem positus cepit urbem, quae Brenneburg dicitur, fame, frigore & ferro domitam. Urbe hac potius & omni regione eorum, signa vertit in Dalamancos Sclavos, qui regionem, quae post Misnia est vocata, incolere. Juvenis olim hanc gentem sub Ottone patre oppugnarat; nunc majoribus viribus aggressus urbem eorum Gronam vigesima obsidionis die expugnavit, & militibus in praedam dedit; puberes omnes armatique interfecti: pueri verò ac puellae, & omnis imbellis aetas in captivitate abrepta: Victis Dalmancis tributum impositum.

Sub id tempus, ut Sigebertus perhibet, Henricus Rex misit ad Rudolphum Burgundionum Regem legatos, postulatum lanceam sacram, qua Christi latus transfossus, quam Constantini M. domino ad posteros venisse creditum fuit. Hanc cum aegre permitteret Burgundionum Rex, Henricus tandem quae precibus, quae minis, quae muneribus, oblata etiam in hanc rem parte Sueviae, impetravit; & qua deinde erat pietate fiduciaque in Deum, lanceam hanc tanquam caelestis auxiliij tesseram in praelijs praeferi voluit. Ea post Ottoni M. & posteris inter insignia relicta: ut jam diversa, nec sacra illa sit hasta, quam Conradus Rex moriturus Henrico cum chlamyde & gladio inter Regni insignia transmisit, quod ex Widekindo retulimus.

Henricus
Sclavos
subjugat.

Impetrat
à Burgun-
dionum
Rege sa-
eram
Christi
Lanceam.

LI

Annus

Annus Christi 930.

Stephani VIII Pont. 2.

Henrici I Reg. Germ. 12.

Unwani Ep. Pad. 15.

Bohemi-
am Ger-
maniz
adjicit.*Widekindus*
*lib. 1.**Sigebertus*
*in Chron.**Adamus*
*Bremensis**lib. 2.**Helmoldus**lib. 1. & 2.*Insignis
Christia-
norum vi-
ctoria de
Sclavis re-
lata.*Ad annum*
929.

Tam prosperis successibus erectus Rex, cum omni exercitu Bohemiam ingressus, Pragam gentis Metropolitim simulque Regem ipsorum Wenceslaum in deditioem accepit. Qua victoria totum illud Regnum Germaniz Regno adjecit. At verò ea expeditione distento Rege, Sclavi Retharij; qui haud procul Stetino Rethram metropolitim incolebant, facta in Saxoniam irruptione, Wallerslebiam oppidum Lunenburgicæ provinciæ (in quod Bruno & Tancquardus Regis patruj è Schydrâ Westphaliæ Sedem Episcopi transfulerant) armati obruunt expugnantque, incolis omnibus, quorum innumerabilis multitudo Christianorum erat, Barbarum in modum contrucidatis. Hoc successu lætæ omnes circum Barbaræ nationes, Abotriti, Wilsi, Hevelli, Dalmanci, Bohemi conspirant in publicam rebellionem. Ad quorum ferociam reprimendam prævertit Henricus Rex; immissoque exercitu in eorum regiones, Bernardo & Thiatmaro ducibus (quorum alter legatus, alter collega erat) Lunkinum obsidere jubet. Evocata ad hoc bellum omnes Saxoniz copiæ, etiam ab Episcopis submissæ. Jam in quintum diem producta erat obsidio, cum barbaros adventare nunciaretur. Ingens, sed diversus ad hæc animorum motus; alijs pugnam formidantibus, alijs expetentibus. Legatus ea nocte omnes in armis consistere jubet, & sacramentum fidei dicere. Otto sole in conspectum venere barbari, in quos Legatus exploratum provectus. Ubi verò innumerabilem Barbarorum multitudinem adesse conspexit, & peditem quidem superiorem, sed equitem imparem, ad exercitum regressus militem hortatur, datoque signo in hostem ducit. Stabat Barbarus denso & impenetrabiliconferto agmine; eò à dextra lavaque simul impetum fieri jubet ad distrahendos cuneos hostiles. Anceps diu & cruenta pugna, dum Thiatmarus à legato monitus adesse laborantibus jubetur; quo hostium ordo cessit in fugam, & tota illa dies cædibus Barbarorum consumpta; viæ omnes campi; cadaveribus repleti. Qui superstites erant, ad vicinam urbem fugam intenderunt, quibus cum transitum præverteret Thiatmarus, ad mare compulsi sunt; ubi omnes aut cæsi, aut in aquas detrusi, tanta strage, ut è peditum numero vix nuncius cladis rediret: equitum pauci fuga servati. Prælium illud ad Albim fluvium confertum memorant fasti Corbeiensis, eoque die supra cxx millia paganorum cecidisse, captivos vero Dccc venisse in Saxoniam. Auget hanc stragem Widekindus, & ducenta Barbarorum

barorum m
nes. Pauci
occubueru
gentis Episc
alter matern
nere clariss
Nonis Sep
ptemb. feri
captivis, pa
tum per Ba
stulit in Fr
denburgum
quis Episco
fis nostri sæ
Ostfalia, A
urbis obsid
omnes exin
rum gazæ i

Parta t
munem læt
Rex Ottoni
buit, in ma
Regis. Nu
Werlæ; cer
Abbatem V
nia ejus Cœ

In nom
Rex. Si Ser
rum utilitatib
tuæ beatitudi
de omnibus sa
esse volumus.
dina, insinua
sibi commissu
hereditate fu
Regum Ludov
aterna ipsoru
tutione hact

barorum millia perijisse refert, captivosq; altero die obtruncatos omnes. Pauci ex Saxonum exercitu desiderati; hos inter duo Comites occubuerunt, de quibus præter Widekindum, Dithmarus Mersburgensis Episcopus, *ex nostris duo abavi mei Luitharii, quorum alter paternus, alter maternus erat proavus, ejusdem nominis signati, milites optimi, et genere clarissimi, decus et solamen patriæ ceciderunt.* Dies pugnae ab eodem Nonis Septembris, in fastis Corbeiensibus II, seu pridie Nonas Septemb. feria VI consignatus. Ad hunc modum obtruncatis etiam captivis, parentatum cædi Christianorum in Wallersleven; quo loco tum per Barbaros exusto everfoq; Episcopi sedem Henricus Rex transtulit in Frosam Oppidum, quam deinde Otto filius ac Rex Magdenburgum transportavit, veneratione summa in Carolum M. ne quis Episcopatus ab eo conditus per Saxoniam interiret; quos hæresis nostri sæculi, dispari certè religionis cultu, penè omnes extinxit in Ostfalia. A prælio redijt triumphans exercitus Saxonum ad Lunkini urbis obsidionem; quæ consternata suorum cæde, se regi dedit. Jussi omnes exire inermes; post quæ uxores, filij, servi, & omnes Barbarorum gazæ in potestatem Saxonum venêre.

Annus Christi 931.

Joannis XI Pont. 1.
Henrici I Reg. Germ. 13.
Unwani Ep. Pad. 16.

Partâ tam insigni victoriâ lata omnis Saxonia; auxereq; communem lætitiâ regales nuptiæ. Nec enim multò post Henricus Rex Ottoni filio, quem Germania post Magnum Imperatorem habuit, in matrimonium dedit Editham filiam Ethmundi Anglorum Regis. Nuptiæ in Westphalia celebratæ à quibusdam referuntur Werlæ; certè inter Ruram & Luppiam hoc anno versatus Witgerum Abbatem Werthinensem magnifico diplomate honoravit, quo omnia ejus Cœnobij Ludgeriani privilegia rata confirmataq; esse voluit,

Henricus
Privilegia
Werthinensia
approbat.

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, Henricus divina Clementia Rex. Si Servorum Dei petitionibus, quas pro Ecclesiarum sibi commissarum utilitatibus nobis suggererint, clementer annuerimus, id nobis ad perpetuæ beatitudinis præmia promerenda liquidò profuturum esse credimus. Unde omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus presentibus scilicet et futuris, notum esse volumus, quod fidelis noster Witger abba monasterii, quod vocatur Werdina, insinuavit Celsitudini nostræ, qualiter ipsum monachorum Cœnobium sibi commissum à Beatæ memoriæ Sancto Ludgero Episcopo in propria ejus hereditate fuerit constructum, monachisque contraditum, et gloriosissimorum Regum Ludovici videlicet filii Magni Regis Karoli, et Successorum eius pro æterna ipsorum, omnisque gloriosissimi generis eorum memoria, defensione et tuitione hæctenus fuerit conservatum. Quamobrem nostram imploravit Cle-

mentiam, ut idem monasterium sub nostra tuitione suscipientes omnes concessiones ab antecessoribus nostris sibi collatas nostra auctoritatis precepto firmaremus. Cujus rationabili, et justæ petitioni assensum præbentes decernimus atque jubemus, imprimis ut idem monasterium cum omnibus ad se pertinentibus plenissime immunitatis securitate perfruatur, neque publicis exactionibus, vel quibuscumque modis, illorum servi, liti, vel liberi à qualibet judiciaria potestate constringantur; coram advocato eorum, si quid ad inquirendum, vel ad corrigendum sit, inquiratur et corrigatur. Præfati monasterii homines ab omni vectigalium inquisitione vel telonii securi consistant; præterea quod aliis quoque monachorum Cœnobiis concessum constat, ut ubicumque, dominicos mansos habuerint, in quocumque, sint Episcopo, vel præfectura, seu etiam provincia, vel regione siti in omni regno à Deo nobis collato decimas, quas alii Episcopis solvunt, ad portam monasterii concedimus, et à nemine penitus eas alibi dæcogantur, quatenus inde pro nostra ac totius generis nostri perenni mercede supervenientibus peregrinis et hospitibus serviat. Insuper etiam eidem fratrum Collegio ad eligendum Abbatem inter se potestatem concedimus; abbas illius monasterii ad castra et in hostem ire non cogatur, nisi forte regia liberalitate adjutus copiam quandoque accipiat illud faciendi. Illius etiam Regionis Episcopus si synodalem ibidem conventum vel sermonem facere ad populum destinaverit, de Episcopo illi serviat, nisi forte eodem die alia circueundo visitare loca voluerit. Tunc benedictionem de Abbate non pro debito servitio, sed pro amore suscipiat. Et quia nihil ad illum locum pertinet, nisi tantum hereditas Sancti Liudgeri et propinquorum ejus, ideo liceat abbati illud monasterium cum rebus ad se pertinentibus liberè ac planè possidere, quatenus eos melius delecet pro nostra, et nostrorum fidelium salute, ac totius Imperii nostri statu divinam implorare Clementiam. Hæc auctoritatis nostræ concessio ut firmiter in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu nostra eam firmavimus, et annuli nostri impressione sigillari præcepimus,

Signum Domni Henrici



invictissimi Regis

Simon Notarius ad vicem Hiliberti Archicappellani recognovi. Data VII Calend. Martii anno incarnationis Domini DCCCXXXI Judicacione III anno regni Henrici Regis XIII actum in Werlaha Civitate Regia in Dei nomine feliciter amen.

Quam hic Werlam regiam civitatem Rex appellat, ea quoque palatini sedes fuisse perhibetur, post Sufatum inter celebres Westphaliae urbes. Quantumque Goslaria in Ostphalia, tantum Werla in Westphalia ab Henrico Rege culta ac frequentata fuit.

Annus Christi 932.

Joannis XI Pont. 2.
Henrici I Regis Germ. 14.
Unwani Ep. Pad. 17

Inter

Widekindo
lib. 1.

Inter hæc tam prospere gesta induciæ cum Ungaris exspirare cœperunt, annusque præsens supererat. Rex qui jam Saxoniam non modo exercitâ bellis, sed victorijs etiam adversus Barbaros animatam habebat, maturo quoque consilio ac providentiâ bellum Ungarorum tractare cœpit, sat gnarus, gentem superbam & ferocem, evolutis novennio, aut tributum exacturam, aut bellum illaturam; alterum fœdum Saxonico nomini, alterum calamitosum fore, nisi arma opponant armis, & hanc gentem non secus ac Sclavos à cervicibus depellant. Quam in rem hoc anno duplicem conventionem habuit, alterum procerum & populi Saxonici, in quo Rex multis disseruit de bello adversus Ungaros suscipiendi scire ipsos, quæ Dei benignitate secundis prælijs primum Sclavi Dalmantici, tum Bohemi, post Retharii, ac demum omnes barbarorum gentes debellatæ & tributariæ factæ sint: super esse Avaros Hunnosque superbissimam & infestissimam christianæ religioni gentem, quæ evolutis inducijs tributum exactura. Quid hic agam? inquit, vosne ego ac filios filiasque vestras spoliabo, & arario Barbaros implebo? id si fecero, ac nudâ tantum corpora vobis relinquam, an Barbarorum horum cupiditas explebitur? & templa & aras spoliabo, & omnem sacræ Ecclesiæ thesaurum infumam, ut nostris opibus ditatus Barbarus nos eo cupidior & potentior expugnet, & in servitutem deprimat? Liberæ gentis nati sumus, quorum majores, cum Barbari adhuc essent, tot annis pro libertate contra potentissimos Reges & nationes pugnârunt; Nos qui christiani jam sumus, libertatem christianæ religionis subijciemus Barbaris? Nos qui omnes circum barbaras gentes tributarias fecimus, barbaris Ungaris tributarij erimus? Deus supremus ille cæli terræque rector, qui de ceteris barbaris nobis triumphum dedit, ab horum quoque servitute liberabit, itaque victores faciet, ut cum auditum fuerit Ungaros à Saxonibus vinci posse, etiam Itali, Bavari, Alemanni, Franci Orientales, & Galli, quorum regiones aut liberè percurrunt prædones, aut sub jugo premunt, etiam nostro exercitu discant vinci posse, & hanc tandem pestem ex visceribus Ecclesiæ ejici.

Multa cum in hanc rem prolocutus esset Rex, omnis Saxoniarum populus, inquit Widekindus Corbeiensis, primum voce, dein dextera in cœlum sublata, Regi fidem & omnem opem adversus Ungaros juravit; tantummodo bellum Rex instruat, nihil sibi ex omnibus fortunis tam carum esse, quod non cum corpore & sanguine offerant.

Alter quem Rex petijt, Episcoporum conventus Erfurti fuit, cui & Unwanus Episcopus noster interfuit. Intelligebat nimirum sapientissimus Rex, quod in diplomate Herivordienti supra professus est, has Barbarorum vastationes esse flagella Dei, quibus peccata cleri populiq; castigantur. Igitur ad placandum numen voluit sacrorum

Antisti-

Henricus
R. adver-
sus Un-
garos se lu-
osque ar-
mat ani-
marque.

Synodus
Erfurten-
fis Henri-
ci Regis
curâ cele-
brata.

Antistites convenire, eaq; cognoscere & sanioribus legibus emenda-
re, quibus ira numinis provocetur: ipse vero Rex promissit se sacrorum
munerum nundinationes ex Simonis hæresi natas sublaturum. Igitur
ut ipsam synodi præfationem hic introducam: Anno ab incarnatione
Domini nostri Jesu Christi nongentesimo trigesimo secundo, anno etiam Do-
mini Henrici Regis Christianissimi decimo quarto, indictione quinta, sub die
Calendarum Juniarum congregata est apud Erpesfurd sancta et universalis
Synodus, ut Rex sapientissimus cum concilio primatum suorum decrevit, inspi-
rante omnium salvatoris clementia, pro utilitate et statu sanctæ matris Eccle-
siæ. Cujus Regis solertiam prudentissimi viri Hildiberti Archiepiscopi* guber-
nabat. Considerentibus verò religiosissimis sacerdotibus, id est, Ruidgero sanctæ
Trevverensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Onni sanctæ Hamburgensis Ecclesiæ Epi-
scopo, Adaluardo Fardunensis Ecclesiæ Episcopo, Rino Argentina civitatis
Episcopo, Nodingo Constantina Ecclesiæ Episcopo, Unrwano Paderbornensis
Ecclesiæ Episcopo, Bernardo Halberstadiensis Ecclesiæ Episcopo, Othilrico Au-
gustodunensis Ecclesiæ Episcopo, Burchardo Wirtzeburgensis Ecclesiæ Epi-
scopo, Duodone Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopo, Rumaldo Mimigernasur-
densis Ecclesiæ Episcopo, Eburgiso Mimidonensis Ecclesiæ Episcopo: nec non
et Abbatibus, alijsq; sacri ordinis viris. Canones qui in actis concilio-
rum recitantur, pro christiani populi correctione sanciti sunt. Memi-
nere quoq; hujus synodi alij scriptores; à quibus tamen perperam ad
annum 936 refertur. Falliturq; auctor chronici Mindenensis, qui Litha-
rij Episcopatum prorogat in annum 936, quando in hac synodo Eber-
gifs successor præfens sistitur. His rite constitutis, Rex totus fuit in
apparatu belli Ungarici; quæ gens eò formidabilior erat, quòd jam
Bojaria, Alemannia, & Francia Orientali dominaretur, atque ipsam
Italiam & Galliam percurfare ausa esset; tanquam Gothica aliqua aut
Wandalica inundatione possessionem sibi intra Imperium vendica-
ret, ex quo Saxonia sibi triburariam faceret.

Annus Christi 933.

Joannis XI Pont. 3.
Henrici I Reg. Germ. 15.
Unwani Ep. Pad. 18.

Widkindus
lib. 1.
Flodoardus
in chron.
Luidprandus
lib. 2.
Fasti Cor-
beien ses.
Siebertus
Otto Frising.
Dithm. l. 1.
Gobelmus in
Henrico
Reg.

Aderat nunc annus trigesimus tertius supra nongentesimum,
idemq; exitu induciarum Ungaros inter & Saxones confatalis. Ungari
igitur missis ad Regem legatis, munera & tributa exposcunt, ausi
per minas extremam vastitatem intentare. Quos magnanimus Rex
spretos vacuosq; remisit, satis hætenus, inquiens, tributorum pensita-
tum, Saxoniam gentem esse liberam. Quibus exacerbati Ungari, con-
tracto ex lectissimis quibusq; suis exercitu innumeræ multitudinis,
per Misniam in Thuringiam irumpunt. Ibi diviso exercitu, altero in
Orientalem Saxoniam & Ostphaliam tendunt, Oppidumque Mers-
burg

burg obside
id cum Wic
irruptio. Al
procedunt;
Saxonum &
stra; rectaq;
Cæsis barba
latè per mor
rià erectus l
liberaturus.
ventu, obsid
pus, statuun

Postqu
ctum venit,
gulos, simul
ciori cursu p
pian, deinc
ictus incuti
Dato signo i
gie Angeli n
do inter prin
præfentiam,
equeretur, ta
Barbarorum
& cruenta Ba
daveribus re
meri Christia
præter eos, qu
venere. Otto
morat, qua g
Ita verò utro
nem deletus.
manæ virtutis
Deo persolvip
Ecclesiarum d
onia, colume
potentiæ & l
longè latè que
Et verò c
Colonienfis,
suas copias sul
centiam vetuf

burg obsident, eo expugnato, in Ostphalia ferro flammaq; grassaturi; id cum Wido Thuringiæ præfectus fortissimè tueretur, retardata ea irruptio. Altero exercitu in Occidentalem Saxoniam (Westphaliam) procedunt; quibus primùm occurrit Henricus Rex cum lectissimis Saxonum & Thuringorum copijs, sub capitali pœna evocatis ad castra; rectaq; progressus hostem primo certaminis congressu sternit. Cælis barbarorum ducibus, cetera turba aut trucidata, aut capta, aut latè per montes & agros dissipata miserabili sorte interiit. Hac victoriâ erectus Rex festinavit cum exercitu in Ostphaliam Mersburgum liberaturus. Barbari cognita suorum clade in Westphalia Regisq; adventu, obsidionem & castra deserunt; collectiq; in unum belli corpus, itatuunt meliori fortuna experiri Regis adventantis arma.

Albericus
Stadenf.
in chron.
Crantzii
l. 3. Saxo.
Helmoldus
lib. 1.
Henricus
R. cælos
Ungaros
è Saxonia
pellit.

Postquam uterq; exercitus haud procul Mersburgo in conspectum venit, Henricus Rex etsi afflicta esset valetudine, hortatur singulos, simulq; in mandatis dat, ordines servent, nemo alterum velociori cursu prævertat, primum sagittarum ictum objectis scutis excipiant, deinde uno impetu incurrant, priusquam alter sagittarum ictus incuti possit. Christianis tessera fuit *Kyris*: barbaris Hui, Hui. Dato signo irruunt Regij prælato vexillo prætorij, cui ab Angeli effigie Angeli nomen erat. Inter cruentam pugnam visus ipse Rex modo inter primos, modò inter postremos obvolitare. Ad quam Regis præsenriam, cum strenui militis & boni Imperatoris officium exequeretur, tantus Christianorum præliantium ardor consecutus, quo Barbarorum acies inclinata, & in fugam soluta est. Tum verò ingens & cruenta Barbarorum cædes consecuta, qua ad milliare campi cadaveribus repleti. Capta castra prædis opulenta, redempti innumeris Christianorum captivi, cæsa ex prælio xxxvi Barbarorum millia, præter eos, qui aut flumine hausti, aut capti in Christianorum manus venère. Otto Frisingensis hanc incredibilem victoriam fuisse memorat, qua gloriam nominis per universam Europam sparserit Rex. Ita verò utroq; prælio uterque Ungarorum exercitus ad internecionem deletus. Henricus Rex, quòd cælestis auxiliij magis, quàm humanæ virtutis victoriam agnosceret, publicas per Regnum gratias Deo persolvi petijt, tributumque, quod hostibus dabatur, in cultum Ecclesiarum & pauperum erogari iussit. Inde pater patriæ, decus Saxonix, columnen Germanix, & Imperator ab exercitu salutatur, fama potentix & bellicæ virtutis, gloriæq; per omnes Europæ nationes longè latèque diffusa.

Flodoardus
in chron.

Et verò quod ad hoc celebre bellum præliumq; Moguntinus & Colonicus, Unwanus Paderbornensis, ceterique Saxonix Episcopi suas copias submisere nescio, quos etiam Comites & nobiles per licentiam vetustatis introducant, nulla mentio apud scriptores horum tempo-

tempo-

temporum. Longius abeunt, qui militares ludos, quos torneamenta vocant, ab Henrico Rege institutos scribunt. Utrumque ad captandam cuiusque familiae antiquitatem faciunt. Nos his ad Episcoporum memoriam non indigemus, nec his commentis historiam inquinare volumus.

Annus Christi 934 & 35

Joannis XI Pont. 4. 5.

Henrici I Reg. Germ. 16 & 17.

Unwani Ep. Pad. 19 & 20.

*Adamus
Brem. c. 46.
& 7.
Helmoldus
lib. 1. c. 2.
Albertus
Stad. in
chron.
Cranzins
in Metropol.
lib. 3. cap. 6.
Meibomius
in diplom.
Henricus
R. Danos
Imperio
infestos
compe-
scit.*

*Adam.
Brem. lib. 1.
Unnonis
Episcopi
Hambur-
gensis
praecleari
jabores &
obitus.*

Continuatis inde victoriarum trophaeis, Henricus Rex altero ab hinc anno arma in Slavos, qui Unerani dicebantur vertit; gentemque illam, quod Christianos haecenus infestasset, hostiliter aggressus, victam praelio, haud secus quam alias circum gentes, tributariam fecit. Nulla tum barbara gens restabat, quam victor non obtinuerat, praeter Danos & Nortmannos, gentem haecenus toti Galliae & Frisiae ac Saxoniae Transalbianae dominantem, & Christiano nomini infestissimam. Imperitabat tum Danis Wormius Rex superbus ac saevus in Christianos, qui non modò Sacerdotes è finibus Regni eiecerat, sed & multos per tormenta in necem adegerat; unumque hoc agebat, ut Christianum nomen ijs in regionibus extingueret. Tanto id indignius tulit Henricus Rex, quanto magis se Deo ex tot caelestibus victoriarum beneficijs obligatum agnovit, ad Christi religionem vindicandam. Igitur postquam 8 Calend. Junij Diusburgi, ubi Rura amnis Rheni se miscet, conventum procerum habuisset, in quo & Unnoni Hamburgensi Episcopo commutationes bonorum consignavit, cum exercitu Albim transgressus, movit in Daniam, primoque incursum ita Regem perterruit, ut pacem supplex peteret, veritus Regis potentiam, ne Sclavorum & Ungarorum excidio Regnum suum involveret. Inde pristinam Imperij amplitudinem & majestatem repetens, terminos Regni olim à Carolo M. descriptos, apud Egidoram fluvium & Slesvicam urbem esse voluit. Unde & Marchionem constituit, & Saxonum Coloniam Slesvicam reduxit, Christi quoque religionem per omnes illas transalbianas regiones liberam esse voluit. Quales tum Reges, aut quam diversa à nostris tempora? quibus cum ipsa Saxonia amissa, ex omnibus illis provinciis vera Christi religio proscripita exulat. Hac Henrici Regis victoria bellorumque felicitate excitatus Unno Bremensis & Hamburgensis Episcopus, quem Henricus hujus belli hortatorem habuit, ex quo Diusburgi in conventu procerum convenerat Regem, circuire utriusque dioecesis parochias, sacerdotes imponere, & sparsum gregem colligere ad suas Ecclesias. Inde in ipsam Daniam profectus Gurmium Regem liberè adijt;

adijt; cu-
licuerit, fil-
atq; Anglia
gionem to-
insulas per
gregi cuius
per mare B
Bircam per
rium erat;
Ac postqua
stiana relig
inter Evan
quem Crat
magnitudi
latos labor
quod ex Co
tum vocat
nis provin
Transalbia
Ijdoctrina
lici Episcop
At pri
Daniam, U
Regina Her
tionem imp

In nomi
Noverit indu
interventum di
concessimus for
inter se propria
que probatam in
gillias, dinoscatur
decevimus, qua
permaneat. Pr
potestate in Eccl
derno tempore in
voluerit divina
fide iussores tolle
seditiones, vel i
omnia, qua supra
potuerit, totum
quatenus melius
nostra Dei miser
Dei nomine obtin
tius observetur,
one ad signari ius
Inductione VIII.

adiit; cuius induratum superstitione animum et si flectere non
 licuerit, filium tamen eius Haroldum opera matris, quæ christiana
 atq; Angliæ Regis filia erat, ita Christo adjunxit, ut Christianam reli-
 gionem toto Regno liberam faceret; ideo ipse deinde omnes Daniæ
 insulas percurrrens verbum Dei palam Barbaros docuit, pastoresque
 gregi cuiq; suo dedit, à quibus plenius in Christi fide exculti sunt. Inde
 per mare Balthicum transvectus per vestigia D. Anscharij & Remberti
 Bircam pervenit, quod celebre tum Danorum & Sclavorum empo-
 rium erat; ipsam dein Sueciam docendo Christi legem penetravit.
 Ac postquam intrepido animo barbaros Reges adierat, ac semen chri-
 stianæ religionis in regno illo jecerat, Bircam reversus non multo post
 inter Evangelij labores istic sanctissimè e vita excessit, Episcopus,
 quem Crantzius exemplar omnium vocat, ob Christianam animi
 magnitudinem & fervorem proferendæ religionis, multosq; exan-
 tatos labores, vel eò inter Apostolicos viros a nobis memorandus,
 quod ex Corbeienfi apud nos monasterio ad Bremensem Episcopa-
 tum evocatus, atque opera Corbeiensium monachorum Septentrio-
 nis provincias & regna excoluerit. Quo simul recognoscant mecum
 Transalbani Saxones, Dani ac Sueci, per quos viros primam Evange-
 lij doctrinam acceperint, qui modò nec monachi nomen, nec catho-
 lici Episcopi sacra ferre amplius possunt.

At priusquam Henricus Rex hanc expeditionem susciperet in
 Daniam, Unwanus Episcopus Regem adiit, unaq; cum Machtilde
 Regina Herifensium Virginum Collegio privilegiorum confirma-
 tionem impetravit, quam hic ex tabulario reddimus.

*In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus divina favente Clementia Rex,
 Novit industria fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum, qualiter nos per
 interventum dilectæ conjugis nostræ Machtildis & Unwani Paderburnensis Ecclesiæ Episcopi,
 concessimus foribus in loco, qui dicitur Heresi, Deo famulantibus, ut in eligendis Abbatibus
 inter se propria electione juxta pristinum morem fruantur, si talem inter se moribus, scientia-
 que probatam invenerint, quæ eidem apta dignaque, quantum humana ad id competit fra-
 gilitas, dinoscatur. Eorundem igitur petitione auctoritatis præceptum eidem sancto loco fieri
 decrevimus, quatenus sub nostra defensione cum omnibus ad se jussè ac legaliter pertinentibus
 permaneat. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, aut quilibet ex judiciaria
 potestate in Ecclesias, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memoratæ Ecclesiæ, quas mo-
 derno tempore infra ditionem regni nostri legibus possidet, vel quæ deinceps in jure ipsius loci
 voluerit divina pietas augeri, ad causas judiciario modo audiendas, vel freda exigenda aut
 fide jussos tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ contra rationem distringendos, vel ullas
 seditiones, vel illicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea
 omnia, quæ supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Quidquid vero Fiscus sperare
 potuerit, totum nos pro æterna remuneratione prædictæ Ecclesiæ perpetualiter concedimus,
 quatenus melius delectet Dei ancillas in prædicto loco degentes, pro Nobis, Conjuge, Proleque
 nostra Dei misericordiam exorare. Hæc quippè auctoritas ut plenior nec non firmiter in
 Dei nomine obtineat vigorem, & ab omnibus fidelibus nostris verius credatur, & diligen-
 tius observetur, manu nostra propria subter notando firmavimus, & annuli nostri impressi-
 one assignari jussimus. Datum V Idus Maji, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXV,
 Indictione VIII. Anno autem Henrici Regis XVI.*

Herifensium pri-
 vilegia confir-
 mantur ab Hen-
 rico.

Mm

Satis

Satis ex his opinari fas erit, Unwanum magno apud Regem ac Reginam loco fuisse; quippe, qui non Herivordensibus modo, ut supra relatum, sed & Herifensibus per Reginam Machtildem tam insignem beneficentiam obtinuit. Nec dubium paria pro sua Ecclesia impetrasse, quæ temporum injuria interciderunt. Ceterum id Herifense diploma tanti à Virginibus æstimatum, ut postea Othilia Furstenbergica ejus loci Abbatissa Rudolpho Imperatori confirmandum obtulerit impetrâritque.

A quo etiam Herivordensibus confirmatur facultas eligendi Abbatissam.

A reditu belli Danici Henricus Rex ad preces Machtildis Reginae Herivordensium Virginum collegio liberam facultatem eligendi Abbatissam, quam jam ante ab alijs quoque Germaniæ Regibus obtinuerat, hæc tabulis ratam confirmatamque sanxit.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis Henricus divina favente Clementia Rex. Si loca ad Dei servitium mancipata in aliquibus fulcimus beneficiis, hoc profecto ad augmentum æternæ speramus esse retributionis & remunerationis. Idcirco noverint omnes fideles nostri presentes scilicet & futuri, qualiter nos interventu Machtildæ dilectæ conjugis nostræ sanctimonialibus feminis in loco Herivurt nominato Deo famulantibus concessimus, ut in eligendis abbatissis propria electione fruantur. Proinde hoc nostra auctoritatis præceptum eis inde conscribi jussimus; per quod præcipimus, quatenus ita, ut prædiximus, permaneat. Et ut hoc verius credatur, manu nostra illud firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Data IV id. Oct. anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXV, Indiæ. VIII anno Regni Henrici Regis XVI actum in Alseti. amen.

Nulla in his tabulis, ut in prioribus, Unwani mentio; nec inde in ullis monumentis antiquitatum hæcenus reperimus. Quare cum hoc anno Episcopatum ejus vitamque finimus; eò certiores, quòd auctor vitæ Meinwerci ac ceteri xix annos in Episcopatu egisse scribant, quos & nos ab exordio ejus, & ordine suo exhibuimus, producendo Episcopatum ejus in xx annum, qui Christi est 935. Quapropter falluntur Gobelinus, Bruschius, Cleinsorgius, Kerfenbrochius, alijque, qui anno Christi 930 obiisse tradunt, non satis observantes initia Episcopatus ejus & exitum, cum hoc anno, de quo agimus 935, diploma Herifense supra allatum adhuc vixisse testetur. Dies mortis ex necrologio Herifensi certior, in quò xiii Calend. Augusti ex hac vita emigrasse consignatur. Scio equidem nec res ab Unwano gestas, neq; elogia virtutum à præcis scriptoribus ad nos pervenisse; sed jactura ferè eorum temporum omnibus communis, seu scriptorum incuria, seu temporum injurijs. Interim Unwanum præstantem fuisse Episcopum satis testantur, quæ ex synodis & diplomatibus, & Henrici Regis Reginaeque Malthildus benevolentia adduximus; tum vel maxime Ungarorum irruptio in Diocësin, quæ viri religiosissimi patientiam & sollicitudinem pro grege suo multum probavit. Aurea tum adhuc religionis sæcula, cum cleri populique disciplina tam frequentibus severisque synodorum decretis contineretur, ut malis remissisque esse non licuerit.

ANNA-